LYCURGI

ORATIO IN LEOCRATEM

RECOGNOVIT ET ILLUSTRAVIT

GUILIELMUS ARMINIUS BLUME

PH. DR. GYMNASII REGII POSTAMPIENSIS DIRECTOR ATQUE PROFESSOR

SUNDIAE.

SUMTIBUS C. LOEFFLERI.

MDCCCXXVIII.

VIRO

PERILLUSTRI ERUDITISSIMO
SUMMOPERE COLENDO

DR. JOANNI SCHULZIO

ORDINIS AQUILAE RUBRAE EQUITI

QUI EST

REGI BORUSSORUM POTENTISSIMO A CONSILIIS IN
CIVITATE GUBERNANDA INTIMIS ATQUE SUPREMIS

D. D. D.

EDITOR.

Quamquam mihi non sumo tantum, Vir Illustrissime, neque arrogo, ut egregia ista quum de praestantissimarum artium proventu tum de scholis in republica nostra merita Tua praedicem; gratique, quem pro summis beneficiis in me Tuis habeo, animi vitam meam, quam verba, malo esse testimonio: tamen haud temere Tibi potissimum hunc qualemcunque librum dedicare conatus sum. Nam omnes, qui in hac civitate nostra scholasticis muneribus funguntur, Tu, Summe Vir, eximia laude honestasti atque ornasti. Vix enim annales illi critici a societate Berolinensi anno superiore ineunte edi erant coepti: quum luculentam Thierschiani

LYCURGI

ORATIO IN LEOCRATEM.

RECOGNOVIT ET ILLUSTRAVIT

GUILIELMUS ARMINIUS BLUME

PH. DR. GYMNASII REGII POSTAMPIENSIS DIRECTOR ATQUE PROFESSOR.

SUNDIAE.

SUMTIBUS C. LOEFFLERI.

MDCCCXXVIII.

VIRO

PERILLUSTRI ERUDITISSIMO
SUMMOPERE COLENDO

DR. JOANNI SCHULZIO

ORDINIS AQUILAE RUBRAE EQUITI

QUI EST

REGI BORUSSORUM POTENTISSIMO A CONSILIIS IN
CIVITATE GUBERNANDA INTIMIS ATQUE SUPREMIS

D. D. D.

EDITOR.

Quamquam mihi non sumo tantum, Vir Illustrissime, neque arrogo, ut egregia ista quum de praestantissimarum artium proventu tum de scholis in republica nostra merita Tua praedicem; gratique, quem pro summis beneficiis in me Tuis habeo, animi vitam meam, quam verba, malo esse testimonio: tamen haud temere Tibi potissimum hunc qualemcunque librum dedicare conatus sum. Nam omnes, qui in hac civitate nostra scholasticis muneribus funguntur, Tu, Summe Vir, eximia laude honestasti atque ornasti. Vix enim annales illi critici a societate Berolinensi anno superiore ineunte edi erant coepti: quum luculentam Thierschiani

libri, qui inscribitur: Ueber Gelehrten-Schulen, exhibuisti censuram inque ea praeclarissima de iis, qui in reipublicae nostrae gymnasiis juventutem instituunt atque erudiunt, fecisti judicia. Quibus quum optimi quique obligati Tibi sint novoque officia tuendi studio incitati et incensi: equidem, apta oblata occasione, gratias pro virili parte agere Tibi quam maximas cupiebam.

Itaque benigne hunc excipe librum, venerationem vero erga Te meam ex industria potius, qua muneris obeundi rationem Tibi etiam posthac probare studebo, quam ex ingenii hac exiguitate quaeso metire. Postampii Non. Januar. MDCCCXXVIII.

PRAEFATIO.

Leocrateae quum plures et superiore aetate et nostra memoria editiones prodiissent subsidiis criticis instructae, multique viri docti ingenium in illustranda hac oratione atque in integritatem restituenda exercuissent: operae pretium facturus mihi videbar, si, illorum commentariis recognitis et diligenter examinatis, quae maxime essent probata, inde repeterem, pro falsis vera substituere, praetermissa supplere conarer eo consilio, ut tironibus, qui hoc libro legendo ad studium oratorum Atticorum accessuri essent, quasi viam praeirem. In quo quam multa se non modo addenda, sed etiam corrigenda mihi obtulerint, nolo hoc loco praedicare; contra ea, si quid utilitatis ad accuratiorem oratoris nostri explicationem ex enarratione mea capi potest, eius laudis quum editoribus Lycurgi prioribus tum ceteris viris de literis Graecis inprimisque de juris Attici cognitione egregie meritis maximam partem deberi, lubentissime profiteor.

Textus fundamentum Im. Bekkeri recensio constituit; ubi discedendum duxi, annotatione indicavi, causasque, cur dissentirem, exposui. Pluribus locis contra aliorum opiniones receptae ab Im. Bekkero lectiones defendendae, saepe ejusdem coniecturae refellendae erant. Cuius annotatiunculas criticas re-

petii omnes atque integras. Interpunctionem haud raro emendavi, v. c. 17, 4. 28, 1. 30, 4. 9. Cf. ad 19, 4. 30, 6. 36, 4. Scripturae varietatem exhibui tantum potiorem et nomine aliquo memorabilem, semper eorum lectorum rationem habens, quibus praecipue hanc editionem destinaveram. Quocirca ubicunque ad diligentiorem vel linguae scientiam vel loci alicuius interpretationem e variarum lectionum comparatione commodi quid redundare posse videretur, ibi diutius et accuratius in crisi versatus sum, per totum commentarium grammaticae eam curam et operam impendens, quam quum privato juvenum studio tum scholarum usui fructuosam fore arbitrabar. Quamobrem non solum ad majores et Buttmanni et Matthiaei grammaticas, sed ad libros etiam aliorum celeberrimos quosque lectorem relegandum esse existimavi.

Censuris, quas viri docti de novissimis editionibus maximeque de Pinzgeriana in ephemeridibus literariis fecerunt, plerumque meas ipsius de singulis locis sententias confirmatas, passim etiam emendatas esse, non sine voluptate animadverti. Quamquam etiam in iis multa fuerunt, quae certo judicio ponderata leviora reperirentur. Quae pariter atque errores editorum superiorum haud paucos silentio transire satius fuit, quam committere, ut nimiam annotationum molem exstruerem.

Verborum *γίγνομαι* et *γιγνώσκω* in vulgaribus Leocrateae editionibus fere communior invenitur forma, nisi quod 28, 4 omnes *περιγιγνομένην* habent et 3, 5 ante Im. Bekkerum *ἐπιγιγνομένοις* legebatur. Hic tamen *ἐπιγινομένοις* edidit. Quod quonam jure fece-

rit, non aperuit. Inde hanc eius mutationem parvi aestimo; neque enim cuiusquam auctoritate, quisquis est, ita moveor, ut caeco assensu, quaecunque ab eo profecta sint, comprobem. Denique 3, 2 Osannus ex optimo cod. A ἐπιγιγνομένοις dedit, ubi Im. Bekkerus neque varietatem notavit et vulgatam scripturam ἐπιγινομένοις servavit. Nos et his locis et ceteris omnibus Atticam Attico oratori formam restituere, Heinrichium secuti, non dubitavimus. Quod eodem certe jure factum esse videtur, quo, Im. Bekkero invito, ubique λαβέ scripsi (vid. ad 8, 7.), neque in elisione vel retinenda vel tollenda (vid. ad 2, 2. 30, 15.) atque in formis αὑτοῦ et αὐτοῦ distinguendis (vid. excurs. III.) veterum editionum auctoritati non plus, quam Im. Bekkeri arbitrio, tribuendum esse putavi. Etenim in talibus quum MSS. codicum collationes adhuc parum accuratae esse soleant, tum ne Bekkeri quidem editionibus nimiam fidem esse habendam, multis etiam aliorum scriptorum locis compertum mihi est.

Libros MSS. iisdem, quibus Im. Bekkerus, notavi literis. Itaque A est codex musei Britannici, eadem litera ab Osanno insignitus. Cum hoc libro praestantissimo plerumque consentit B, codex Laurentianus. Multo deterior L, codex Marcianus, maximeque P, cod. Ambrosianus. Cum Marciano multis locis consentit Z, cod. Vratislaviensis; sed magis etiam cum Z consentire videtur cod. Burneianus sive musei Britannici secundus, qui X a me appellatur (B apud Osannum), obiter tantum ab Osanno comparatus. Qui codicum Z X consensus 4, 1. 3. 8, 10. 9, 1. 11, 3. 8. 12, 1. 2. 3. 14, 4. 20, 2. 5. 7. 21, 3. 22, 1. 23,

1. 30, 6. 8. 16. 31. 32, 1. 35, 2 et aliis locis praecipue est admirabilis, manifestiusque appareret per totam orationem, si X diligentius esset collatus. Nos omnino caute et raro horum MSStorum auctoritatem secuti sumus, quippe qui, etsi meliores codice P, tamen non modo valde sint depravati, sed persaepe correctricem manum prodant.

Ex quo typis exscribi hic liber coeptus est, ipse domicilium totamque vitae conditionem mutavi. Itaque et itineribus et negotiis quam maxime variis distractus, parum idoneus fui, qui, sicut consuevi facere, librarii menda tollens denno severius et subtilius exigerem limaque perpolirem extrema, quae scripseram. Quo maiores Carolo Guilielmo Krügero, viro amicissimo, habendae sunt gratiae, qui et typothetae operam observavit ac moderatus est et multis de locis sua mecum communicavit judicia; unde factum est, ut haud pauca a me denuo perpendi atque emendari potuerint. Quas ipse inseruit annotatiunculas, uncis inclusas et literis Kr. appositis distinctas, non sine fructu lectores cognoscent.

Taylori prolegomena, iam ab A. G. Beckero editioni Lycurgi addita, iterum repetere nolui. Ipse nova scribere etsi constitueram apud amimum meum, tamen gravissimis novi muneris officiis impeditus non potui. Eademque de causa pleraque praetereunda, nonnulla paucioribus transigenda erant, de quibus copiosius olim in animo habueram praefari.

Scribebam Postampii pridie Calend. Januar. MDCCCXXVIII.

ADDENDA ET CORRIGENDA.

Pag. 15, vers. 32 corr. αὐτοῦ pro αἰτοῦ.

Secundum recentiorem grammaticae Matthiaei editionem numeri quidam sunt mutandi; quamquam plurimi loci ex ipsa hac editione citati iam sunt. Corrigendi sunt numeri:

pag. 55, v. 9: corrige Matth. gr. Gr. §. 421, not. 4 (p. 775).
— 56, — 1: — pag. 1037 sq. pro 761.
— 57, — 14: — Matth. §. 267.
— 61, — 12: — — - 270.
— 63, — 15: — — - 487, 4.
— 67, — 27 et 28: corr. Dorvill. ad Charit. p. 413 (551 ed. Lips.).
— 68, — 31: — Matth. §, 511, 3.
— 69, — 15 et 16: corr. Matth. §. 323, b.
— 70 (ad 6, 2): οὓς αὐτίκα σώσοντας ἑαυτὸν ἐκ τῶν κινδύνων ἐπικαλέσεται. Loco diligentius recognito, ipsius iudicii pericula intelligenda esse iam arbitror. Cf. 36, 3. Etenim relativum h. l. pro coniunctione καίτοι quodammodo positum est. Vid. ad 5, 3.
— 73 (ad 7, 1): ὑμνημονεῖν. Noli subaudire quidquam. Tametsi enim proprie dicendum erat: d i c e r e (s i m u l a r e) s e n o n m e m i n i s s e, tamen usu forensi facile omissio illa ita in consuetudinem venire poterat, ut nemo iam de ellipsi cogitaret.
— 75, v. 30 corr. Becker pro Bekker. Commutata a librario haec nomina facile dignosces ex additis praenominibus, ut pag. 76, v. 26. 87, 9. 93, 2. 16. 95, ult. 99, 1 et al. ll.
— 84 (ad 10, 4): τὴν ὑγρότητα αὐτῶν τοῦ ἤθους. Duplicis genitivi haec est ratio, ut alter cum nomine primario coniunctus in unam quasi comprehendatur notionem (τὴν ὑγρότητα τοῦ ἤθους, *die Weichherzigkeit*), unde alter, αὐτῶν, pendeat.
— — v. 14 corr. H e r m a n n. a d pro H e r m a n n. a.
— 85, v. penult. et ult. corr. n o l u i m u s.
— 86, — 31: ὑπὲρ τ ὰ πεντήκοντα. Delendus articulus.
— 93 (ad XIII, 1): οὐδὲν ὑμῖν ἔστιν. Neque οὐδέν pro οὐ positum h. l. quadrat; foret enim n u l l a i n r e, n e q u a q u a m; nec placet ἔστιν pro ἔξεστιν. Vid. ad 15, 4. Itaque iam ad Taylori et Heinrichii prope accedo sententiam, οὐδ' ἐν ὑμῖν

ἔστιν emendantium. Sed tamen οὐδ' ad ἔστιν statuo pertinere. Saepius enim οὐδέ traiectum est. Xen. Memor. IV, 6, 7: οὐδέ μὰ Δί' ἔμοιγε πολλοστὸν μέρος αὐτῶν, ubi οὐδέ ad πολλοστόν refertur. Thuc. VI, 21 extr. Krüger. ad Xen. an. V, 6, 22. VII, 7, 10. Cf. infra 14, 3: καὶ κατ' ἐργασίαν ἐκπλεῖν, ibique annot. Parum offendunt tales traiectiones, dum iusto accentu verba enuntientur. Certe h. l. ἔστιν, non ἐστιν, scribendum arbitramur.

Pag. 95, vers. 20: corr. τὴν πατρίδα (varius ἐκ τῆς πατρίδος) saepissime et quae seq.

— 97, — 8. Virgula post consentanea tollenda.

— 98 (ad 14, 4). Distinctio, quam additae vel omissae in formula οὐ μόνον ἀλλά particulae καί proposuimus, vide, ne subtilior quam verior sit. Hoc tenendum, omissione illa vim augeri oppositionis. Caeterum cf. etiam Creuzer. ad Cic. Nat. Deor. II, 22. Heusinger. ad Cic. Offic. I, 4. Ducker. ad Flor. III, 4. Oudendorp. ad Caes. B. Gall. I, 18. Cort. ad Sallust. Cat. 18, 7.

— 99, v. ult corr. ἀνάστατον.

— 114 (ad 20, 7). Praefero iam codicum A B lectionem: οὔτε ζῶν οὔτε τεθνεώς.

— 115 extr. et sq. (ad 22, 1): ἑτέρωθι μὲν γὰρ ἀτυχῶν οὔπω δῆλον. Ingeniosa est coniectura, quam C. G. Krügerus mecum communicavit: ἄν τυχών pro ἀτυχῶν. Iam ἄν iungendum cum οὔπω δῆλον sc. ἦν, atque ipsa verborum traiectio multo tolerabilior, ut de languore verbi ἀτυχεῖν taceam. Quamvis enim et Graeci et Latini, ne male ominentur, de morte locutionibus: accidit ei aliquid — et simil. uti soleant, tamen ejusmodi euphemismus non est satis commodus, ubi ad inimicum et adversarium verba referuntur.

EXCURSUS III.

I. Excursus ad 11, 2 sqq.

De Hyperidis genere atque psephismate l. c. commemorato.

Hyperidem, celebrem illum oratorem, Reiskius quidem in indice Demosthen. Cleandri filium Sphettium fuisse scribit, sed Glaucippi filium atque Colyttensem et Pseudo-Plutarchus in vitis decem oratorum (Tom. IX, pag. 372 ed. Reisk.) et Suidas v. Ὑπερίδης nominant. Quibuscum Dav. Ruhkenius in historia critica oratorum Graecorum (Orator. Graec. vol. VIII. cur. Reisk. p. 148) consentiens, etsi patre omisso, pagum indicat eundem. Obiter tantum Suidas esse, qui illum Pythocle natum ferant, memorare videtur. Neque alius mihi innotuit veterum scriptorum locus, qui alteri huic existimationi, a Suida proditae, fidem adderet ullam. Atque Glaucippo, non Pythocli, nomen patri fuisse, etiam eo confirmari videtur, quod filium ejusdem nominis Hyperides habuit, qui eloquentia et ipse inclaruit. Vid. vit. X. orator. l. c. Athen. deipnosoph. libr. XIII. pag. 590, c. Fabricii biblioth.

Graec. lib. II, c. 26, 10. Ruhnken l. l. p. 164 *). Suid. l. c. Solebant enim aut patrum nomina filii aut avorum nepotes referre.

Ex quibus rebus genus Hyperidis quod fuerit, certo constare mihi quidem videtur. Quoniam igitur apud Demosthenem et Callaeschri (de cor. 273, 6) et Cleandri filius Sphettius (l. l. 291, 6) commemoratur, hos ab oratore Hyperide distinguendos censemus, atque tres Hyperides Demosthenis aequales Athenis versatos esse arbitramur. Quorum celeberrimum quoties Demosthenes nominat, ut satis notum, quum praesertim nusquam solennibus formulis vel testimonia dicentem vel leges ferentem inducat, neque patre nec populo nominato accuratius describit. De cor. 271, 27. 272, 9. 10. 302, 26. De fals. legat. 376, 17. Adv. Theocr. 1333, 15. Reliquorum vero alter, Callaeschri filius, obscurior paullo, certe non alio facto nisi testimonio in illustri illa Ctesiphontis causa dato posteritatis memoria dignus fuisse videtur. Alterum, Cleandri filium Sphettium, majore dignitate floruisse inde colligas, quod inter eos nominatur, qui nobilem illam ad Thebanos legationem, Demosthene principe, obierunt. Quodsi quis ex ipsa hac Demosthenis societate conjiciat, hic de nemine nisi de oratore Hyperide cogitandum esse, nae ille cum Reiskio misere deceptus temeraria argumentandi ratione praeceps agatur. Nisi forte reli-

---

*) Suidas duos exhibens Hyperides, Glaucippi patrem non oratorem, sed alterum fuisse narrat. At quod lexicographus unum eundemque bis protulit et altero loco tanquam secrevit, id more suo fecisse videtur. Cf. s. vocib. *Ἀριστοτέλης*, *Ἀρίστιππος*, *Ἀριστογείτων*. Itaque, quae de hoc tradit Hyperide, eadem ad illum pertinent.

quos quum huius legationis tum ceterarum, quas Demosthenes suscepit, socios omnes pari vel eloquentiae vel intimae cum Demosthene conjunctionis gloria excelluisse memoriae est proditum.

Ac quamvis Pseudo-Plutarcho haud multum ego tribuerim, tamen ex iis, quae compilavit, fere apparet, oratorem Hyperidem, quum antea et stipendia meruisset et causis dicendis principem operam navasset, post cladem Chaeronensem demum ardentiori studio ad rempublicam accessisse. Legationes vero ab eodem administratae quum aliae disertis verbis commemorentur (Ruhnken. l. l. p. 150), hac tamen cum Demosthene esse functum, alibi non legimus.

Quae quum ita sint, ad Ruhnkenii levitatem confutandam satis multa attulisse mihi videor. Jam vero celeberrimi illius, cujus Lycurgus mentionem facit, ψηφίσματος ipsum oratorem Hyperidem fuisse auctorem, uno ore quum Demosthenes in Aristogit. p. 803, 27 ipseque Lycurgus eo probare videntur, quod accuratiorem notationem ejus nomini apponunt nullam, tum Pseudo-Plutarchus (vit. X. orator. p. 373 sq.), Photius (Cod. 266 p. 807 circa fin. ed. Hoesch.) atque Longinus (de sublim. XV, 10) disertis verbis confirmant. Sed enim Demosthenis si non jussu et auctoritate, at consensu summo Hyperidem hoc psephisma rogasse, non solum ex omni rerum a Demosthene gestarum ratione, verum etiam ex ipsius verbis (de cor. p. 309, 21 sq.) coniici licet. Cujus psephismatis summam atque adeo singula capita ex nostro oratore prope colligere potes. Vid. 6, 1. 11, 3. 7. Quod legis argumentum egregie et confirmant et com-

plent, quae memorantur a Pseudo-Plutarcho l. c. (*τοὺς* *) *μετοίκους πολίτας ποιήσασθαι, ἱερὰ δὲ καὶ παῖδας καὶ γυναῖκας εἰς τὸν Πειραιᾶ ἀποθέσθαι*), a Demosthene in Aristog. l. c. (*εἶναι τοὺς ἀτίμους ἐπιτίμους*), itemque a Rutilio Lupo p. 64 ed. Ruhnken. Nam ex fragmento Hyperideae adversus Aristogitonem orationis, quod Rutilius Lupus servavit, apparet decrevisse Hyperidem praeterea, ut exsules restituerentur. Cf. Ruhnken. ad Rut. Lup. l. c. (Orator. Graecor. vol. VIII. cur. Reisk. p. 188). Schmidt. ad Dinarch. p. 114 sq. Taylor. prolegom. ad Lycurg. p. 44 sq. ed. Becker. — Denique non dubito, quin alius etiam locus Leocrateae ad hanc legem pertineat, quem scilicet interpretes adhuc silentio praeterierunt, 13, 2: *Ἔτι δὲ ὁ δῆμος δεινὸν ἡγησάμενος εἶναι τὸ γιγνόμενον ἐψηφίσατο ἐνόχους εἶναι τῇ προδοσίᾳ τοὺς φεύγοντας τὸν ὑπὲρ τῆς πατρίδος κίνδυνον.* Etenim extraordinarium intelligendum esse decretum, quum ex verbo *ἐψηφίσατο* (vid. not. ad 11, 2), tum eo apparet, quod secundum stabilia instituta ii, qui militiam subterfugissent, lege *ἀστρατείας* vel similibus (vid. d. att. Proceß. p. 363 sqq.) erant interrogandi. Quodsi aliud orator, atque Hyperidis, respiceret psephisma, certe illud accuratius indicandum et per scribam ad verbum erat recitandum.

---

*) Lycurg. 11, 7: — *ψηφισάμενον τοὺς μὲν δούλους ἐλευθέρους, τοὺς δὲ ξένους Ἀθηναίους.* Posteriora haec eodem puto spectare, quo Plutarchi verba: *τοὺς μετοίκους πολίτας*, inquilinosque ab oratore nostro *ξένους* appellari minus accurate, forsitan ut rem graviorem etiam et magis mirabilem reddat.

II. Excursus ad 11, 6: Διπλᾶ τὰ ἱμάτια ἐμπεπορπημένους.

Ἱμάτιον est illud vestimenti genus, quod superindutum tunicam totumque corpus circumjectu involvebat, pallium; quod ita Graecorum, ut togam Romanorum, gestamen fuisse constat. Olim quidem ad militiam, quam senes propter magnitudinem periculi sustinere coacti essent, totum locum pertinere putabam. Itaque quia neque pallii in militia usus nec fibulae in pallio locus esset ullus, haud dubitabam ἱμάτιον, ut quod saepe latius accipiendum esset de omni amictus genere, pro chlamyde seu paludamento positum existimare, cl. Octav. Ferrar. de re vestiar. p. II. lib. III. cap. 1. 3. 4. lib. IV. cap. 3. 9. Sed de militia hic non cogitandum. Quae enim virorum, quaeso, quales hi ab oratore describuntur, nempe senum decrepitorum, in bello defendendaque urbe fuisset opera? Qui porro sententiarum esset ordo, si post ea, quae §. 5 dicta sunt: αἱ δ᾽ἐλπίδες τῆς σωτηρίας τῷ δήμῳ ἐν τοῖς ὑπὲρ πεντήκοντα ἔτη γεγονόσι καθειστήκεσαν — primo mulieres inducerentur extimescentes, tum denuo ad militantes senes oratio reverteretur? Immo vero mulierum terrorem ac pavorem ubi orator descripsit, ad senum trepidationem transit. Atque illae quidem pro tectis et portis stabant de suorum sorte sciscitantes; quippe per forum et plateas vagari feminas dedecebat. Cf. Homer. Iliad. XVIII, 495 sq.

αἱ δὲ γυναῖκες
ἱστάμεναι θαύμαζον ἐπὶ προθύροισιν ἑκάστη.

At senes sollicitudine et perturbatione domo expelluntur, ut quasi immemores aetatis ac debilitatis civium afflictorum tumultui se immisceant. Quocirca *ἱμάτιον* propria significatione positum, neque, praeeunte scilicet Pinzgero, *διπλᾶ τὰ ἱμάτια* kriegerische Gewänder interpretandum *). Etenim *διπλᾶ ἱμάτια* cum Ferrario (l. l. p. II. lib. I. c. 9. 10) statuere possis fuisse pallia villosa multaque lana et densa confecta aut duplici crassove filo contexta, quomodo etiam sunt qui duplex amiculum apud Nepotem in Datam. c. 3 explicent. Ego vero *διπλᾶ* de duplicatione pallii intelligi malim. Graeci enim (id quod ita dixerim, ut disquisitionem de hujus, quam noster respicit, duplicationis causa liberam et integram reservem) propter frigus certe vel pluviam pallia duplicare consueverant. Quo illud Comici spectat, Nub. 268:

μήπω, μήπω γε, πρὶν ἂν τουτὶ πτύξωμαι, μὴ καταβρεχθῶ.

O noch nicht, ja noch nicht, bis vorher ich das
Kleid, um dem Regen zu wehren, gefaltet.
F. A. Wolf.

Qua de pallii duplicatione multus est Salmasius ad Tertull. de pallio p. 396 sqq., planus et perspicuus non item; quippe qui plures et aetates et consuetudines miscuisse videatur. Certe quidem supe-

*) Nihil contra hanc sententiam verba: *ὑπὸ τῶν νόμων τοῦ στρατεύεσθαι ἀφειμένους* efficiunt, addita illa, quantum ego video, eo consilio, quo magis infirmitatem et virium defectionem declarent, cujus ratione habita senes memorasse proxime orator post mulieres videtur, sicuti alibi *παῖδες καὶ γυναῖκες καὶ πρεσβύτεροι*, tanquam inermes, jungi solent.

riores corporis partes, humeros et interdum caput contra tempestatis atque imbris vim duplici pallio munita esse, pro non dubio sumere possis. Id quod ex eodem Aristophanis loco apparet; subjicit enim Strepsiades v. 269: *τὸ δὲ μὴ κυνέην οἴκοθεν ἐλθεῖν ἐμὲ τὸν κακοδαίμον' ἔχοντα.* Idem magis etiam perspicuum fit ex Diogenis imagine, quae exstat in Gronov. thes. Graec. ant. vol. II., 88.

Difficillimum denique ad explicandum h. l. verbum *ἐμπορπᾶσθαι,* quod idem est ac *περονᾶσθαι.* Atque Ferrarius l. l. p. I. lib. IV, cap. 9 extr. haec habet: „Chlaenae igitur et chlamydes fibulam habuerunt, et ideo Homerus in chlaena voce *περονήσατο* usus est, infibulavit, nusquam in pallio.“ At Salmasius videlicet l. l. p. 397 sq. pallium in humeris fibula constrictum fuisse tradit. Quem de veterum Graecorum consuetudine non audies, reputatis, quae docte et copiose de hac re Ferrarius exposuit l. l. p. II. lib. IV. c. 9. Cf. Böttiger Griechische Vasengemählde Bd. 1. Heft 2. pag. 53. 89 sq. in not. Quae quum ita se habeant, fibulae usum, quem verbum *ἐμπεπορπημένους* h. l. significet, non ad communem pallii gestandi consuetudinem, sed ad ipsam duplicationem ejus spectare equidem suspicor *), ut adiectivum *διπλᾶ* ea ad substantivum pertineat ra-

---

*) Suidas v. *πεπορπημένος* idem sensisse videtur. Explicat enim (secundum Kusteri emendationem): *πεπορπημένος ἱμάτιον διπλοῦν. περικείμενος ἱμάτιον διπλοῦν, πόρπῃ συνεχόμενον, ὡς μὴ ἀφίστασθαι τῶν ὤμων.* Nam quum alias Graeci palliati fibula non uterentur, ad duplex tantum pallium hanc cautionem lexicographus referre videtur.

tione, quam explicuimus ad 3, 3. Haec enim pallii religatio, qualiscunque fuit, extraordinaria certe fuit, noduloque vel fibula Graecos in ea usos esse, si non manifestum, at credibile videtur. In quo illud imprimis tenendum, voces περονή, πόρπη, fibula, significatione sua latissime patere. Böttiger. l. l. p. 74. Proinde verbum ἐμπορπᾶσθαι facile laxiori etiam fuisse usu credas, atque ἐμπεπορπημένους διπλᾶ τὰ ἱμάτια eos dici potuisse, qui pallia quocunque modo succincta ac duplicata super humeros aut in tergo in nodum collegissent. Nam quum hic non de certa quadam stabilique pallii gestandi consuetudine sit cogitandum, ex quali Cynicorum duplex pannus explicandus videtur (vid. Salmas. l. c.), pallii duplicationem, ut temporariam et qua propter subitas necessitates Graeci uterentur, pro variis temporum rationibus variam fuisse existimo.

At quanam de causa vagantes per urbem senes duplicia potissimum gestabant pallia? Frigida, credo, et ventosa fuit tempestas. Quasi vero canicularibus adeo diebus summam illam calamitatem Graeciae illatam esse non constet. Pugna enim apud Chaeroneam funestissima die septimo Metagitnionis pugnata est. Corsin. F. A. I. 359. 363. An pluisse tum ponamus? Hoc scilicet in promtu, neque si cui placeat, magnopere pugnaverim. Sed tamen lubrica talis coniectatio, nec temeritatis reprehensione caret.

Dicam igitur, quod sentio, proprio tamen cujusque arbitrio rem permittens. Respiciamus jam locum illum Nepotis supra laudatum: ipse agresti duplici amiculo circumdatus hirtaque tunica,

gerens in capite galeam venatoriam, dextra manu clavam et q. s. Quibus verbis, facile spero nemini me non persuasurum, viatoris atque venatoris habitum et apparatum describi. Quo minus dubito illam, de qua dixi, explicationem amiculi duplicis, tamquam crassi et villosi, improbare. Immo Datames, quo magis hominis ex itinere ac venatione redeuntis prae se ferret speciem, amiculum religavit et succinxit. Ita expeditiorem se praebet. Quid? nostros quoque senes eo consilio puto duplicasse τὰ ἱμάτια, ut ad vagam concursationem accingerentur; in qua, ut corporibus debilitati, facile eundem tolerabant laborem, quem in itinere peregrinantes juvenes. Jam vero notum est, quanta veterum fuerit cura in pallio decore et civiliter componendo. Ferrar. l. IV. cap. 6. Böttiger. l. l. p. 53 sqq. Unde apparet, haud temere oratorem illa verba, διπλᾶ τὰ ἱμάτια ἐμπεπορπημένους, descriptioni suae addidisse. Quippe significat tanto animos hominum percussos fuisse terrore, ut senes, aetatis gravitatem et dignitatem nihil curantes, decorum servare obliti sint.

Postremo haud prorsus praetereundus Alb. Rubenius, qui (de re vestiar. lib. I. c. 7) ad luctum pertinere vult Atticorum duplicia pallia. Qui tamen quum nullum aliud habeat opinionis suae adminiculum, nisi quod ex ipso hoc Lycurgi petiit loco, nihil amplius de ea laboremus.

III. Excursus
de formis αὑτοῦ et αὐτοῦ.

In ea, quae ad remotius spectet subiectum, reflexione Atticos quum οὗ tum αὑτοῦ (ἑαυτοῦ) et αὐτοῦ pronomina usurpasse, recte demonstravit Buttmannus grammat. Gr. §. 114, 3. At „difficile admodum est ubique pronuntiare inter formam reflexivam αὑτόν et simplicem αὐτόν." Idem in excurs. X ad Demosthen. or. in Mid. Quam quidem difficultatem in Leocratea Im. Bekkerus, vir quum de literis Graecis tum vero de ipsa hac Lycurgi oratione quam maxime meritus, haud mediocriter auxit. Is enim permultis locis vulgarem scripturam deseruit, deseruitque ratione mutationis non reddita, varietate scripturae e MSS. notata nulla. Qui licet aspero spiritui favere videatur, sibi ne constat quidem; passim enim lenem intactum reliquit, quamquam causam equidem nondum ubique cognovi, cur magis placere potuerit, quam aliis quibusdam locis, quibus cedere eum aspero jussit.

Quae quum ita essent, satius duxi, vulgatam scripturam per totam orationem restituere, nisi sicubi a ceterorum editorum aliquo discrepantia indicata erat. Quamvis enim Im. Bekkeri accuratio et diligentia in codd. utendis in vulgus nota sit nec laude careat debita, tamen si idem librorum lectionem a vulgari recedere animadvertens, non tanti hanc diversitatem aestimasset, quam diserte notaret, in ipsa hac re accurati et religiosi editoris partes gessisse haud videre-

tur. Proinde tales etiam Im. Bekkeri mutationes, nulla auctoritate in annotationibus communitas, ex arbitrio ejus profectas esse sumo.

Hic non possum facere, quin a Ph. Buttmanno dissentiam; is enim *αὑτόν* pro *αὐτόν* socordiae plerumque et ignorantiae describentium deberi, qui contra non temere lenem in asperum mutarint, in excursu laudato contendit. Quid, quaeso, socordiae librarii dedissent, si lenem spiritum pro aspero appinxissent? Ignorantiae vero quidni etiam asper pro leni arridere potuerit? In quo illud non praetermittendum, quod multi librariorum melius Latine scierunt, quam Graece. Quos Latinae linguae consuetudine et usu facile credo induci potuisse, ut reflexivam formam praeferrent.

Quaerens iam, quid inter formam *αὐτόν* et inter alteram *αὑτόν* in enuntiatis secundariis positum interesse videatur, plerumque certe postremam hanc video praeferri, ubi et subjectum, ad quod pertineat, propius et collocatio verborum ita sit comparata, ut arctior enuntiationum evadat coniunctio, neque secundaria perspicue a primaria discernatur. Quibus vero locis distinctius sententia aliunde pendens sejungatur, *αὐτόν* anteponendum fere censuerim.

Itaque secundum eundem, quem Ph. Buttmannus instituit, ordinem priora examinemus illa exempla, in quibus pronomem cum infinitivo coniunctum est: 34, 1: *οὐδεμία πόλις αὐτὸν εἴασε παρ' αὑτῇ μετοικεῖν.* Quocum alium compara locum, ubi *ὑμᾶς αὑτούς* eadem ratione legitur: 10, 6: *πῶς δίκαιόν ἐστι — τοῦτον ἐᾶσαι ὑμᾶς αὑτοὺς — ἐξαπατῆσαι.* Constructio enim est: *πῶς δίκαιόν ἐστι* (sc. *ὑμᾶς*) *ἐᾶσαι τοῦτον ἐξαπατῆσαι ὑμᾶς αὑτούς.* Sed tum proper

***

vicinitatem verbi primarii *ἐᾶσαι*, ad quod subiectum *ὑμᾶς* subauditur, tum propter structuram implicatam, quaeque vix duo distingui sinat enuntiata, reflexivo orator utitur, quum aliis locis in hoc genere simplex *ὑμῶν* vel *ἡμῶν* multo usitatius sit, v. c. 37, 5: *νομίζοντες οὖν, ὦ Ἀθηναῖοι, ἱκετεύειν ὑμῶν τὴν χώραν κ.τ.λ.*

Ab illorum ratione locorum diversa paullulum est ea, quam hi sequuntur: 8, 2: — *καὶ δεηθεὶς τοῦ κηδεστοῦ πρίασθαι παρ' αὐτοῦ τἀνδράποδα κ. τ. λ.* Ibidem: *καὶ ἀπὸ τούτου προςέταξε τοῖς τε χρήσταις ἀποδοῦναι τὰ ὀφειλόμενα καὶ τοὺς ἐράνους διενεγκεῖν, τὸ δὲ λοιπὸν αὐτῷ ἀποδοῦναι.* 8, 8: *ὅτι ἐκ τῆς πατρίδος αὐτὸ κινήσας συμφεύγειν αὐτῷ, ἐκλείποντα τοὺς νεὼς καὶ τὴν χώραν, ἣν κατεῖχον, ἠξίωσε.* 36, 3: *καὶ αὐτίκα μάλ' ἀξιώσει ἀκούειν αὐτοῦ ἀπολογουμένου.* 37, 5: *νομίζοντες οὖν, ὦ Ἀθηναῖοι, ἱκετεύειν ὑμῶν τὴν χώραν καὶ τὰ δένδρα —, ἀξιοῦν δὲ καὶ τοὺς νεὼς καὶ τὰ ἱερὰ βοηθεῖν αὐτοῖς.* 35, 1: *πότερον* (sc. *ἀξιώσουσιν αὐτὸν ἀποφυγεῖν*) *διὰ τὴν πρὸς αὐτοὺς φιλίαν.* Illis omnibus locis Im. Bekkerus asperum posuit; nihil tamen mutavit in his: 36, 3: *καὶ δεήσεται καὶ ἱκετεύσει ἐλεῆσαι αὐτόν.* 17, 3: *ἀναγκάσαντες ἐν Σαλαμῖνι μετ' αὐτῶν πρὸς τοὺς βαρβάρους ναυμαχεῖν*, ubi scilicet tenuis litera ante formam *αὐτὸν* magis etiam lenem spiritum tuetur, atque vix puto fore, qui Tayloro suasore, *μεθ' αὐτῶν* scribendum censeant. Immo vero nos etiam 10, 6 non dubitavimus ex Aldina (quacum certe cod. Z consentit) revocare: *ἀξιώσει ὑμᾶς ἐναντία ταῖς αὐτοῦ ὁμολογίαις καὶ μαρτυρίαις ψηφίσασθαι*; quamquam non necessarium videtur, cum Pinzgero infer-

pretari: seinem eignen Bekenntnisse und Zeugnisse. De quo genere vid. ad 2, 4. 9, 4. 10, 3.

Secundo loco ea ponimus exempla, in quibus participio secundaria orationis pars annectatur. Quorum in numero est 17, 4: — *οὐκ ἂν κατέλευσαν τὸν καταισχύνοντα τὴν αὑτῶν ἀριστείαν.* Hic Taylorus quidem *αὐτῶν* mavult, cujus coniecturae Z opitulatur. At dubium non est, quin vulgata scriptura proba possit haberi, quum collatis iis, quae Buttmannus comparavit ad Demosthen. Mid. p. 141, tum quia participium distinctiorem a primaria sententia enuntiationem non efficit; etenim ita cogitari potest, ut ferme substantivi vice fungatur: *τὸν καταισχυντῆρα τῆς αὑτῶν ἀριστείας.* Eodem pertinent verba 12, 2: *τὴν δὲ θρέψασαν αὑτοὺς αἰσχυνόμενοι περιορᾶν πορθουμένην,* quasi *τὴν μητέρα αὑτῶν.* — 6, 2: *οὓς αυτίκα σώσοντας ἑαυτὸν ἐκ τῶν κινδύνων ἐπικαλέσεται.* Hic praecipue verborum ordinem velim respicias. Nam quum illa *σώσοντας ἑαυτὸν* includantur a potiori sententiae parte *οὓς — ἐπικαλέσεται,* in unam quasi cum his enuntiationem conflata sunt. Id quod non factum est 36, 3: *καὶ ἐπικαλέσεται τοὺς θεοὺς σώσοντας αὐτὸν ἐκ τῶν κινδύνων*; ubi propter structurae modum altera pars ab altera facilius discerni potest; itaque noli cum Im. Bekkero h. l. *αὐτόν* scribere. Cui non magis equidem concesserim 2, 3 (*ὁ δὲ δικαστὴς* (sc. *πέφυκε*) *κολάζειν τοὺς ὑπ᾽ ἀμφοτέρων τούτων ἀποδειχθέντας αὑτῷ*) pro *αὐτῷ* legenti *αὐτῷ.* Idem 8, 2 in his verbis: — *ὥςτε μεταπεμψάμενος ἐντεῦθεν Ἀμύνταν, τὸν τὴν ἀδελφὴν αὑτοῦ ἔχοντα* nihil mutavit; recte. Etenim eo loco *αὐτοῦ* ambiguum esset. Aeque facile feres 6, 5 extr.: *τὴν πεντηκοστὴν*

μετέχων *αὐτοῖς*, quod Im. quoque Bekkerus toleravit, praesertim quum illa ὡς — εἴη iam novam perspicueque separatam enuntiationem constituant. Itidem 2, 3: ἄνευ τοῦ προδώσοντος *αὐτοῖς* Bekkero proba sunt visa, quae apparet aeque valere ac si dictum esset: μή τινος προδώσοντος αὐτοῖς. Atque ubi participium *absoluto casu* positum sit, etiam Buttmannus l. c. pag. 141 sq. formam αὐτόν praestare arbitratur. Neque minus accurate participium a primaria distinguitur sententia 17, 4: φίλον ὄντα *αὐτοῖς* πρότερον, solvendum coniunctionibus *quamvis*, *licet*.

Intercedente denique particula ὅτι, ὡς, ὅπως et sim., simplicior forma αὐτόν utique usitatior fuisse videtur. Sed tamen alteram deprehendimus 20, 5: γνόντες δέ, ὡς οὐκ ἔτι δυνατὸν *αὐτοῖς* τὴν χώραν κατασχεῖν. Hic mutare quidquam equidem non audeam. Cf. *Isocr.* Paneg. 12: οἱ μὲν (sc. θεαταὶ) ὅταν ἴδωσι τοὺς ἀθλητὰς *ἑαυτῶν* ἕνεκα πονοῦντας, in quibus ἑαυτῶν ad spectatores refertur. Xen. an. I, 9, 23: λέγειν αὐτὸν ἔφασαν, ὅτι τὸ μὲν *ἑαυτοῦ* σῶμα οὐκ ἂν δύναιτο τούτοις πᾶσι κοσμηθῆναι. Ita enim pro κοσμῆσαι, quod iam vulgo legitur, restituendum esse alio loco demonstravimus.

Totam enim hanc distinctionem memor semper eris verti in ea, quam ipse sibi scriptor sumpserit, cogitationis ratione, ut temeritatis sit, librorum auctoritatem negligere. Quam, etiam ubi a vulgari dicendi consuetudine recedere paullulum videatur, usque tenendam censebo, dum, si non omnibus, at plerisque Atticorum, quae restant, scriptis diligentissime ad MSStorum fidem exactis, certam et firmam potueris hac de re legem statuere.

ΛΥΚΟΥΡΓΟΥ

ΛΟΓΟΣ

ΚΑΤΑ ΛΕΩΚΡΑΤΟΥΣ.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ.

Μετὰ τὰ ἐν Χαιρωνείᾳ δεινὰ ψήφισμα ποιεῖ ὁ τῶν Ἀθηναίων δῆμος ὥςτε μήτε τινὰ ἔξω γενέσθαι τῆς πόλεως, μήτε μὴν ἐκθέσθαι παῖδας καὶ γυναῖκας. Λεωκράτης οὖν τις ἐξελθὼν τῆς πόλεως, καὶ ἀφικόμενος ἐν Ῥόδῳ καὶ πάλιν ἐν Μεγάροις, ἦλθεν ἐν Ἀθήναις, καὶ παῤῥησιαζομένου αὐτοῦ, κατηγορίαν ποιεῖται ὁ Λυκοῦργος αὐτοῦ ὡς προδότου. Ἡ δὲ στάσις ὅρος ἀντονομάζων· ὁμολογεῖ γὰρ καὶ Λεωκράτης ἀπολιπεῖν τὴν πόλιν, οὐ μέντοι προδιδόναι· ἄλλοι στοχασμὸν ἀπὸ γνώμης, ὡς τοῦ μὲν ἐξελθεῖν ὁμολογουμένου, ἀμφιβαλλομένης δὲ τῆς προαιρέσεως, ποίᾳ γνώμῃ ἐξῆλθεν, εἴτ᾽ ἐπὶ προδοσίᾳ, εἴτ᾽ ἐπὶ ἐμπορίᾳ· ἄλλοι δὲ ἀντίστασιν· λέγει γὰρ οὐκ ἐπὶ προδοσίᾳ τῆς πόλεως ἐξελθεῖν, ἀλλ᾽ ἐπὶ ἐμπορίᾳ· ἔοικε δὲ ἡ τοῦ λόγου ὑπόθεσις τῇ τοῦ κατὰ Αὐτολύκου.

ΛΥΚΟΥΡΓΟΥ

ΛΟΓΟΣ

ΚΑΤΑ ΛΕΩΚΡΑΤΟΥΣ.

I.

Reisk.
p. 135. Δικαίαν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, καὶ εὐσεβῆ καὶ
ὑπὲρ ἡμῶν καὶ ὑπὲρ τῶν θεῶν τὴν ἀρχὴν τῆς κατη-
γορίας Λεωκράτους τοῦ κρινομένου ποιήσομαι· εὔχο- 2
136. μαι γὰρ τῇ Ἀθηνᾷ καὶ τοῖς ἄλλοις θεοῖς " καὶ τοῖς
ἥρωσι τοῖς κατὰ τὴν πόλιν καὶ τὴν χώραν ἱδρυμέ-
νοις, εἰ μὲν εἰςήγγελκα Λεωκράτη δικαίως, καὶ κρίνω
τὸν προδόντα αὐτὸν καὶ τοὺς νεὼς καὶ τὰ ἕδη καὶ
τὰ τεμένη καὶ τὰς ἐν τοῖς νόμοις θυσίας τὰς ὑπὸ
τῶν ὑμετέρων προγόνων παραδεδομένας, ἐμὲ μὲν ἄξιον
ἐν τῇ τήμερον ἡμέρᾳ τῶν Λεωκράτους ἀδικημάτων
κατήγορον ποιῆσαι, ὃ καὶ τῷ δήμῳ καὶ τῇ πόλει συμ-
φέρει, ὑμᾶς δέ, ὡς ὑπὲρ πατέρων καὶ παίδων καὶ γυ-
ναικῶν καὶ πατρίδος καὶ ἱερῶν βουλευομένους καὶ
ἔχοντας ὑπὸ τῇ ψήφῳ τὸν προδότην ἁπάντων τούτων,
ἀπαραιτήτους δικαστάς, μὴ παρέχοντας συγγνώμην,
137. καὶ νῦν καὶ εἰς τὸν λοιπὸν " χρόνον γενέσθαι τοῖς
τὰ τοιαῦτα καὶ τηλικαῦτα παρανομοῦσιν· εἰ δὲ μήτε 3
τὸν προδόντα τὴν πατρίδα μήτε τὸν ἐγκαταλιπόντα
τὴν πόλιν καὶ τὰ ἱερὰ εἰς τουτονὶ τὸν ἀγῶνα κα-

θίστημι, σωθῆναι αὐτὸν ἐκ τοῦ κινδύνου καὶ ὑπὸ
τῶν θεῶν καὶ ὑφ᾽ ὑμῶν τῶν δικαστῶν.

II.

Ἐβουλόμην δ᾽ ἄν, ὦ ἄνδρες, ὥςπερ ὠφέλιμόν
ἐστι τῇ πόλει εἶναι τοὺς κρίνοντας ἐν " ταύτῃ τοὺς p. 138.
παρανομοῦντας, οὕτω καὶ φιλάνθρωπον αὐτὸ παρὰ
τοῖς πολλοῖς ὑπειλῆφθαι· νῦν δὲ περιέστηκεν εἰς
τοῦτο, ὥςτε τὸν ἰδίᾳ κινδυνεύοντα καὶ ὑπὲρ τῶν κοι-
νῶν ἀπεχθανόμενον οὐ φιλόπολιν, ἀλλὰ φιλοπράγμονα
δοκεῖν εἶναι· οὐ δικαίως οὐδὲ συμφερόντως τῇ πόλει.
2 τρία γάρ ἐστι τὰ μέγιστα, ἃ διαφυλάττει καὶ δια-
σώζει τὴν δημοκρατίαν καὶ τὴν τῆς πόλεως εὐδαιμο-
νίαν· πρῶτον μὲν ἡ τῶν νόμων τάξις, δεύτερον δὲ ἡ
τῶν δικαστῶν ψῆφος, τρίτον δὲ ἡ τούτοις τἀδική-
3 ματα παραδιδοῦσα κρίσις· ὁ μὲν γὰρ νόμος πέφυκε
προλέγειν, ἃ μὴ δεῖ πράττειν, ὁ δὲ κατήγορος μηνύειν
τοὺς ἐνόχους τοῖς ἐκ τῶν νόμων " ἐπιτιμίοις καθεστῶ- 139.
τας, ὁ δὲ δικαστὴς κολάζειν τοὺς ὑπ᾽ ἀμφοτέρων τού-
των ἀποδειχθέντας αὐτῷ· ὥςτ᾽ οὔθ᾽ ὁ νόμος οὔθ᾽ ἡ
τῶν δικαστῶν ψῆφος ἄνευ τοῦ παραδώσοντος αὐτοῖς
4 τοὺς ἀδικοῦντας ἰσχύει. Ἐγὼ δέ, ὦ Ἀθηναῖοι, εἰδὼς
Λεωκράτην Φυγόντα μὲν τοὺς ὑπὲρ τῆς πατρίδος κιν-
δύνους, ἐγκαταλιπόντα δὲ τοὺς αὑτοῦ πολίτας, προ-
δεδωκότα δὲ πᾶσαν τὴν ὑμετέραν δύναμιν, ἅπασι δὲ
τοῖς γεγραμμένοις ἔνοχον ὄντα, ταύτην τὴν εἰςαγγε-
λίαν ἐποιησάμην, οὔτε δι᾽ ἔχθραν οὐδεμίαν οὔτε διὰ
φιλονεικίαν οὐδ᾽ ἡντινοῦν τοῦτον τὸν ἀγῶνα προελό-
μενος, ἀλλ᾽ αἰσχρὸν εἶναι νομίσας τοῦτον περιορᾶν
εἰς τὴν ἀγορὰν ἐμβάλλοντα καὶ τῶν κοινῶν ἱερῶν
μετέχοντα, τῆς τε πατρίδος ὄνειδος καὶ πάντων ὑμῶν
γεγενημένον. πολίτου γάρ ἐστι δικαίου, μὴ διὰ τὰς
ἰδίας ἔχθρας εἰς τὰς κοινὰς κρίσεις καθιστάναι τοὺς
τὴν πόλιν μηδὲν ἀδικοῦντας, ἀλλὰ τοὺς εἰς τὴν

πατρίδα τι παρανομοῦντας ἰδίους ἐχθροὺς εἶναι νο-
μίζειν, καὶ τὰ κοινὰ τῶν ἀδικημάτων κοινὰς καὶ τὰς
προφάσεις ἔχειν τῆς πρὸς αὐτοὺς διαφορᾶς.

III.

Ἅπαντας μὲν οὖν χρὴ νομίζειν μεγάλους εἶναι
p. 140. τοὺς δημοσίους ἀγῶνας, " μάλιστα δὲ τοῦτον, ὑπὲρ οὗ
νῦν μέλλετε τὴν ψῆφον φέρειν. ὅταν μὲν γὰρ τὰς 2
τῶν παρανόμων γραφὰς δικάζητε, τοῦτο μόνον ἐπαν-
ορθοῦτε καὶ ταύτην τὴν πρᾶξιν κωλύετε, καθ' ὅσον
ἂν τὸ ψήφισμα μέλλῃ βλάπτειν τὴν πόλιν· ὁ δὲ νῦν
ἐνεστηκὼς ἀγὼν οὐ μικρόν τι μέρος συνέχει τῶν τῆς
πόλεως οὐδὲ ἐπ' ὀλίγον χρόνον, ἀλλ' ὑπὲρ ὅλης τῆς
πατρίδος καὶ κατὰ παντὸς τοῦ αἰῶνος ἀείμνηστον
καταλείψει τοῖς ἐπιγιγνομένοις τὴν κρίσιν· οὕτω γάρ
ἐστι δεινὸν τὸ γεγενημένον ἀδίκημα καὶ τηλικοῦτον
ἔχει τὸ μέγεθος, ὥςτε [μήτε κατηγορίαν μήτε τιμω-
ρίαν ἐνδέχεσθαι εὑρεῖν ἀξίαν] μηδὲ ἐν τοῖς νόμοις
141. ὡρίσθαι τιμωρίαν ἀξίαν τῶν ἁμαρτημάτων· " τί γὰρ 3
χρὴ παθεῖν τὸν ἐκλιπόντα μὲν τὴν πατρίδα, μὴ βοη-
θήσαντα δὲ τοῖς πατρῴοις ἱεροῖς, ἐγκαταλιπόντα δὲ
τὰς τῶν προγόνων θήκας, ἅπασαν δὲ τὴν πόλιν ὑπο-
χείριον τοῖς πολεμίοις παραδόντα; τὸ μὲν γὰρ μέ- 4
γιστον καὶ ἔσχατον τῶν τιμημάτων, θάνατος, ἀναγκαῖον
μὲν ἐκ τῶν νόμων ἐπιτίμιον, ἔλαττον δὲ τῶν Λεω-
κράτους ἀδικημάτων καθέστηκε. παρεῖσθαι δὲ τὴν
ὑπὲρ τῶν τοιούτων τιμωρίαν συμβέβηκεν, ὦ ἄνδρες,
οὐ διὰ ῥᾳθυμίαν τῶν τότε νομοθετούντων, ἀλλὰ
διὰ τὸ μὴ ἐν τοῖς πρότερον χρόνοις γεγενῆσθαι
τοιοῦτον μηδὲν μήτε ἐν τοῖς μέλλουσιν ἐπίδοξον εἶναι
142. γενήσεσθαι, ὡς μήτε κατηγορίαν " μήτε τιμωρίαν
ἐνδέχεσθαι εὑρεῖν ἀξίαν. διὸ καὶ μάλιστα, ὦ ἄνδρες, 5
δεῖ ὑμᾶς γενέσθαι μὴ μόνον τοῦ νῦν ἀδικήματος δι-
καστάς, ἀλλὰ καὶ νομοθέτας. ὅσα μὲν γὰρ τῶν

ἀδικημάτων νόμος τις διώρικε, ῥᾴδιον τούτῳ κανόνι
χρωμένους κολάζειν τοὺς παρανομοῦντας· ὅσα δὲ μὴ
σφόδρα περιείληφεν ἑνὶ ὀνόματι προςαγορεύσας, μείζω
δὲ τούτων τις ἠδίκηκεν, " ἅπασι δὲ ὁμοίως ἔνοχός p.143.
ἐστιν, ἀναγκαῖον τὴν ὑμετέραν κρίσιν καταλείπεσθαι
6 παράδειγμα τοῖς ἐπιγιγνομένοις. εὖ δ' ἴστε, ὦ ἄνδρες,
ὅτι οὐ μόνον τοῦτον νῦν κολάσετε κατεψηφισμένοι,
ἀλλὰ καὶ τοὺς νεωτέρους ἅπαντας ἐπ' ἀρετὴν προ-
7 τρέψετε. δύο γάρ ἐστι τὰ παιδεύοντα τοὺς νέους,
ἥ τε τῶν ἀδικούντων τιμωρία καὶ ἡ τοῖς ἀνδράσι τοῖς
ἀγαθοῖς διδομένη δωρεά· πρὸς ἑκάτερον δὲ τούτων
ἀποβλέποντες τὴν μὲν διὰ τὸν φόβον φεύγουσι, τῆς
δὲ διὰ τὴν δόξαν ἐπιθυμοῦσι. διὸ δεῖ, ὦ ἄνδρες,
προςέχειν τούτῳ τῷ ἀγῶνι καὶ μηδὲν περὶ πλείονος
ποιήσασθαι τοῦ δικαίου.

IV.

Ποιήσομαι δὲ κἀγὼ τὴν κατηγορίαν δικαίαν οὔτε
2 ψευδόμενος οὐδὲν οὔτ' ἔξω τοῦ πράγματος λέγων. οἱ
μὲν γὰρ πλεῖστοι τῶν εἰς ὑμᾶς εἰςιόντων πάντων
ἀτοπώτατον ποιοῦσιν· ἢ γὰρ συμβουλεύουσιν ἐνταῦθα
περὶ τῶν κοινῶν πραγμάτων, ἢ κατηγοροῦσι καὶ δια-
βάλλουσι πάντα μᾶλλον, ἢ περὶ οὗ μέλλετε τὴν ψῆ-
3 φον φέρειν· ἔστι δ' οὐδέτερον τούτων χαλεπόν, οὔθ',
ὑπὲρ ὧν μὴ βούλεσθε, γνώμην ἀποφήνασθαι, " οὔθ', 144.
ὑπὲρ ὧν μηδεὶς ἀπολογήσεται, κατηγορίαν εὑρεῖν.
ἀλλ' οὐ δίκαιον, ὑμᾶς μὲν ἀξιοῦν δικαίαν τὴν ψῆφον
φέρειν, αὐτοὺς δὲ μὴ δικαίαν τὴν κατηγορίαν ποιεῖ-
4 σθαι. τούτων δὲ αἴτιοι ὑμεῖς ἐστε, ὦ ἄνδρες· τὴν
γὰρ ἐξουσίαν ταύτην δεδώκατε τοῖς ἐνθάδε εἰςιοῦσι,
καὶ ταῦτα κάλλιστον ἔχοντες τῶν Ἑλλήνων παράδειγμα
τὸ ἐν Ἀρείῳ πάγῳ συνέδριον, ὃ τοσοῦτον διαφέρει
τῶν ἄλλων δικαστηρίων, ὥςτε καὶ παρ' αὐτοῖς ὁμο-
λογεῖσθαι τοῖς ἁλισκομένοις δικαίαν ποιεῖσθαι τὴν

κρίσιν. πρὸς ὃ δεῖ καὶ ὑμᾶς ἀποβλέποντας μὴ ἐπι- 5
τρέπειν τοῖς ἔξω τοῦ πράγματος λέγουσιν· οὕτω γὰρ
ἔσται τοῖς τε κρινομένοις ἄνευ διαβολῆς ὁ ἀγών, καὶ
τοῖς διώκουσιν ἥκιστα συκοφαντεῖν, καὶ ὑμῖν εὐορκο-
τάτην ψῆφον ἐνεγκεῖν· ἀδύνατον γάρ ἐστιν ἄνευ τοῦ
λόγου, μὴ δικαίως δεδιδαγμένους, δικαίαν θέσθαι τὴν
ψῆφον.

V.

Δεῖ δ', ὦ ἄνδρες, μηδὲ ταῦτα λαθεῖν ὑμᾶς, ὅτι
οὐχ ὅμοιός ἐστιν ὁ ἀγὼν περὶ τούτου καὶ τῶν ἄλλων
ἰδιωτῶν· περὶ μὲν γὰρ ἀγνῶτος ἀνθρώπου τοῖς Ἕλ- 2
p. 145. λησιν ἐν ὑμῖν αὐτοῖς ἐδοκεῖτ' ἂν " ἢ καλῶς ἢ καὶ
φαύλως ἐψηφίσθαι· περὶ δὲ τούτου ὅ τι ἂν βουλεύ-
σησθε, παρὰ πᾶσι τοῖς Ἕλλησιν ἔσται λόγος· ἐπιφα- 3
νής τε γάρ ἐστι διὰ τὸν ἔκπλουν τὸν εἰς Ῥόδον καὶ
τὴν ἐπαγγελίαν, ἣν ἐποιήσατο καθ' ὑμῶν πρός τε
τὴν πόλιν τὴν τῶν Ῥαδίων καὶ τῶν ἐμπόρων τοῖς
146. ἐπιδημοῦσιν ἐκεῖ, οἳ πᾶσαν " τὴν οἰκουμένην περι-
147. πλέοντες δι' ἐργασίαν, ἀπήγγελλον " ἅμα περὶ τῆς
πόλεως, ἃ Λεωκράτους ἀκηκόεσαν· οἳ ἴσασι τὰ τῶν
προγόνων τῶν ὑμετέρων ἔργα ἐναντιώτατα τοῖς
ταύτῳ διαπεπραγμένοις ὄντα· ὥστε περὶ πολλοῦ ποιη-
τέον ἐστὶν ὀρθῶς βουλεύσασθαι περὶ αὐτοῦ· εὖ γὰρ 4
ἴστε, ὦ Ἀθηναῖοι, ὅτι, ᾧ πλεῖστον διαφέρετε τῶν
ἄλλων ἀνθρώπων, τῷ πρός τε τοὺς θεοὺς εὐσεβῶς
καὶ πρὸς τοὺς γονεῖς ὁσίως καὶ πρὸς τὴν πατρίδα
φιλοτίμως ἔχειν, τούτου πλεῖστον ἀμελεῖν δόξοιτ' ἄν,
εἰ τὴν παρ' ὑμῶν οὗτος διαφύγοι τιμωρίαν.

Δέομαι δ' ὑμῶν, ὦ Ἀθηναῖοι, ἀκοῦσαί μου τῆς 5
κατηγορίας διὰ τέλους, καὶ μὴ ἄχθεσθαι, ἐὰν ἄρξω-
μαι ἀπὸ τῶν τῇ πόλει τότε συμβάντων· ἀλλὰ τοῖς
αἰτίοις ὀργίζεσθε, καὶ δι' οὓς ἀναγκάζομαι νῦν με-
μνῆσθαι περὶ αὐτῶν.

VI.

Γεγενημένης γὰρ τῆς ἐν Χαιρωνείᾳ μάχης καὶ συνδραμόντων ἁπάντων ὑμῶν εἰς τὴν ἐκκλησίαν, ἐψηφίσατο ὁ δῆμος παῖδας μὲν καὶ γυναῖκας ἐκ τῶν ἀγρῶν εἰς τὰ τείχη κατακομίζειν, τοὺς δὲ στρατηγοὺς τάττειν εἰς τὰς φυλακὰς τῶν Ἀθηναίων καὶ τῶν ἄλλων τῶν οἰκούντων Ἀθήνησι, καθ' ὅ τι ἂν αὐτοῖς
2 δοκῇ. Λεωκράτης δὲ τούτων οὐδενὸς φροντίσας, συσκευασάμενος, ἃ " εἶχε χρήματα, μετὰ τῶν οἰκετῶν p. 148.
ἐπὶ τὸν λέμβον κατεκόμισε, τῆς νεὼς ἤδη περὶ τὴν ἀκτὴν ἐξορμούσης, καὶ περὶ δείλην ὀψίαν αὐτὸς μετὰ τῆς ἑταίρας Εἰρηνίδος κατὰ μέσην τὴν ἀκτὴν διὰ τῆς πυλίδος ἐξελθὼν πρὸς τὴν ναῦν προςέπλευσε καὶ ᾤχετο φεύγων, οὔτε τοὺς λιμένας τῆς πόλεως ἐλεῶν, ἐξ ὧν ἀνήγετο, οὔτε τὰ τείχη τῆς πατρίδος αἰσχυνόμενος, ὧν τὴν φυλακὴν ἔρημον τὸ καθ' αὑτὸν μέρος κατέλιπεν· οὔτε τὴν ἀκρόπολιν καὶ τὸ ἱερὸν τοῦ Διὸς τοῦ Σωτῆρος καὶ τῆς Ἀθηνᾶς τῆς Σωτείρας ἀφορῶν καὶ προδιδοὺς ἐφοβήθη, οὓς αὐτίκα σώσοντας ἑαυ-
3 τὸν " ἐκ τῶν κινδύνων ἐπικαλέσεται. καταχθεὶς δὲ 149.
καὶ ἀφικόμενος εἰς Ῥόδον, ὥςπερ τῇ πατρίδι μεγάλας εὐτυχίας εὐαγγελιζόμενος, ἀπήγγελλεν, ὡς τὸ μὲν ἄστυ τῆς πόλεως ἑαλωκὸς καταλίποι, τὸν δὲ Πειραιέα πολιορκούμενον, αὐτὸς δὲ μόνος διασωθεὶς ἥκοι· καὶ οὐκ ᾐσχύνθη τὴν τῆς πατρίδος ἀτυχίαν αὑτοῦ σωτη-
4 ρίαν προςαγορεύσας. οὕτω δὲ σφόδρα ταῦτ' ἐπίστευσαν οἱ Ῥόδιοι, ὥςτε τριήρεις πληρώσαντες τὰ πλοῖα κατῆγον, καὶ τῶν ἐμπόρων καὶ τῶν ναυκλήρων οἱ παρεσκευασμένοι δεῦρο πλεῖν αὐτοῦ τὸν σῖτον ἐξεί-
5 λοντο καὶ τἆλλα χρήματα διὰ τοῦτον. Καὶ ὅτι ταῦτ' ἀληθῆ λέγω, ἀναγνώσεται ὑμῖν τὰς μαρτυρίας ἁπάντων, πρῶτον μὲν τὰς τῶν γειτόνων καὶ τῶν ἐν τῷ τόπῳ τούτῳ κατοικούντων, οἳ τοῦτον ἴσασιν ἐν τῷ πολέμῳ φεύγοντα καὶ ἐκπλεύσαντα Ἀθήνηθεν, ἔπειτα

τῶν παραγενομένων εἰς Ῥόδον, ὅτε Λεωκράτης ταῦτ' ἀπήγγελλε, μετὰ δὲ ταῦτα τὴν Φυρκίνου μαρτυρίαν, ὃν καὶ ὑμῶν ἴσασιν οἱ πολλοὶ κατηγοροῦντα τούτου
150. ἐν τῷ δήμῳ, " ὡς καὶ μεγάλα καὶ βλάβους εἴη τὴν πεντηκοστὴν μετέχων αὐτοῖς.

VII.

Πρὸ δὲ τοῦ ἀναβαίνειν τοὺς μάρτυρας βραχέα βούλομαι διαλεχθῆναι ὑμῖν. οὐ γὰρ ἀγνοεῖτε, ὦ ἄνδρες, οὔτε τὰς παρασκευὰς τῶν κρινομένων οὔτε
151. τὰς δεήσεις τῶν " ἐξαιτουμένων, ἀλλ' ἀκριβῶς ἐπίστασθε, ὅτι χρημάτων ἕνεκα καὶ χάριτος πολλοὶ ἐπείσθησαν τῶν μαρτύρων ἢ ἀμνημονεῖν ἢ μὴ ἐλθεῖν ἢ ἑτέραν πρόφασιν εὑρεῖν. ἀξιοῦτε οὖν τοὺς μάρτυ- 2
ρας ἀναβαίνειν μηδὲ ὀκνεῖν μηδὲ περὶ πλείονος ποιεῖσθαι τὰς χάριτας ὑμῶν καὶ τῆς πόλεως, ἀλλ' ἀποδιδόναι τῇ πατρίδι τἀληθῆ καὶ τὰ δίκαια, μηδὲ λείπειν τὴν τάξιν ταύτην καὶ μιμεῖσθαι Λεωκράτην, ἢ λαβόντας τὰ ἱερὰ κατὰ τὸν νόμον ἐξομόσασθαι·
152. ἐὰν " δὲ μηδέτερον τούτων ποιῶσιν ὑπὲρ ὑμῶν καὶ τῶν νόμων καὶ τῆς δημοκρατίας, κλητεύσωμεν αὐτούς. Λέγε τὰς μαρτυρίας.

ΜΑΡΤΥΡΙΑΙ.

VIII.

Μετὰ ταῦτα τοίνυν, ὦ ἄνδρες, ἐπειδὴ χρόνος ἐγένετο καὶ ἀφικνεῖτο Ἀθήνηθεν πλοῖα εἰς τὴν Ῥόδον, καὶ φανερὸν ἦν, ὅτι οὐδὲν δεινὸν ἐγεγόνει περὶ τὴν πόλιν, φοβηθεὶς ἐκπλεῖ πάλιν ἐκ τῆς Ῥόδου καὶ ἀφικνεῖται εἰς Μέγαρα· καὶ ᾤκει ἐν Μεγάροις πλείω

ἢ πέντε ἔτη προστάτην ἔχων Μεγαρέα, οὐδὲ τὰ ὅρια
τῆς χώρας αἰσχυνόμενος, ἀλλ' ἐκ γειτόνων τῆς ἐκ-
2 θρεψάσης αὐτὸν πατρίδος μετοικῶν. καὶ οὕτως αὐ-
τοῦ κατεγνώκει ἀΐδιον φυγήν, ὥςτε μεταπεμψάμενος
ἐντεῦθεν Ἀμύνταν τὸν τὴν ἀδελφὴν αὐτοῦ ἔχοντα
τὴν πρεσβυτέραν καὶ τῶν φίλων Ἀντιγένην Ξυπε-
ταιῶνα, " καὶ δεηθεὶς τοῦ κηδεστοῦ πρίασθαι παρ' p. 153.
αὐτοῦ τἀνδράποδα καὶ τὴν οἰκίαν, ἀποδόσθαι τα-
λάντου· καὶ ἀπὸ τούτου προςέταξε τοῖς τε χρήσταις
ἀποδοῦναι τὰ ὀφειλόμενα καὶ τοὺς ἐράνους διενεγκεῖν,
3 τὸ δὲ λοιπὸν αὐτῷ ἀποδοῦναι· διοικήσας δὲ ταῦτα
πάντα ὁ Ἀμύντας αὖτις πάλιν ἀποδίδοται τἀνδρά-
ποδα πέντε καὶ τριάκοντα μνῶν Τιμοχάρει Ἀχαρνεῖ
τῷ τὴν νεωτέραν ἔχοντι τούτου ἀδελφήν· ἀργύριον δὲ
οὐκ ἔχων δοῦναι ὁ Τιμοχάρης, συνθήκας ποιησάμενος
καὶ θέμενος παρὰ Λυσικλεῖ, μίαν μνᾶν τόκον ἔφερε
4 τῷ Ἀμύντᾳ· ἵνα δὲ μὴ λόγον " οἴησθε εἶναι, ἀλλ' 154.
εἰδῆτε τὴν ἀλήθειαν, ἀναγνώσεται καὶ τούτων ὑμῖν
τὰς μαρτυρίας. εἰ μὲν οὖν ζῶν ἐτύγχανεν ὁ Ἀμύντας,
ἐκεῖνον αὐτὸν παρειχόμην· νῦν δὲ ὑμῖν καλῶ τοὺς
5 συνειδότας. Καί μοι λέγε ταύτην τὴν ματρυρίαν, ὡς
ἐπρίατο παρὰ Λεωκράτους ἐν Μεγάροις τὰ ἀνδρά-
ποδα Ἀμύντας καὶ τὴν οἰκίαν.

ΜΑΡΤΥΡΙΑ.

6 Ἀκούσατε δὲ καί, ὡς ἀπέλαβε τετταράκοντα μνᾶς
παρὰ Ἀμύντου Φιλόμηλος Χολαργεὺς καὶ Μενέλαος
ὁ πρεσβεύσας πρὸς βασιλέα.

ΜΑΡΤΥΡΙΑ.

7 Λαβὲ δέ μοι " καὶ τὴν Τιμοχάρους, τοῦ πρια- 155.
μένου τἀνδράποδα παρ' Ἀμύντου πέντε καὶ τριάκοντα
μνῶν, καὶ τὰς συνθήκας.

ΜΑΡΤΥΡΙΑ. ΣΥΝΘΗΚΑΙ.

Τῶν μὲν μαρτύρων ἀκηκόατε, ὦ ἄνδρες· ἄξιον 8
δ' ἐστὶν ἐφ' οἷς μέλλω λέγειν ἀγανακτῆσαι καὶ μισῆ-
σαι τουτονὶ Λεωκράτην· οὐ γὰρ ἐξήρκεσε τὸ σῶμα
τὸ ἑαυτοῦ καὶ τὰ χρήματα μόνον ὑπεκθέσθαι, ἀλλὰ
καὶ τὰ ἱερὰ τὰ πατρῷα, ἃ τοῖς ὑμετέροις νομίμοις
καὶ πατρῴοις ἔθεσιν οἱ πρόγονοι παρέδοσαν αὐτῷ
ἱδρυσάμενοι, ταῦτα μετεπέμψατο εἰς Μέγαρα καὶ
ἐξήγαγεν ἐκ τῆς χώρας, οὐδὲ τὴν ἐπωνυμίαν τῶν πα-
τρῴων ἱερῶν φοβηθείς, ὅτι ἐκ τῆς πατρίδος αὐτὰ
κινήσας συμφεύγειν αὐτῷ, ἐκλείποντα τοὺς νεὼς καὶ
τὴν χώραν, ἣν κατεῖχον, ἠξίωσε καὶ ἱδρύσασθαι ἐπὶ
p.156. ξένης καὶ ἀλλοτρίας " καὶ εἶναι ὀθνεῖα τῇ χώρᾳ καὶ
τοῖς νομίμοις τοῖς κατὰ τὴν Μεγαρέων πόλιν εἰθισμέ-
νοις. Καὶ οἱ μὲν πατέρες ἡμῶν τὴν Ἀθηνᾶν ὡς τὴν 9
χώραν εἰληχυῖαν, ὁμώνυμον αὐτῇ τὴν πατρίδα προς-
ηγόρευον Ἀθήνας, ἵν' οἱ τιμῶντες τὴν θεὸν τὴν ὁμώ-
νυμον αὐτῇ πόλιν μὴ ἐγκαταλίπωσι· Λεωκράτης δὲ
οὔτε νομίμων οὔτε πατρῴων οὔτε ἱερῶν φροντίσας τὸ
καθ' ἑαυτὸν ἐξαγώγιμον ὑμῖν καὶ τὴν παρὰ τῶν θεῶν
βοήθειαν ἐποίησε· καὶ οὐκ ἐξήρκεσεν αὐτῷ τοσαῦτα καὶ
τηλικαῦτα τὴν πόλιν ἀδικῆσαι, ἀλλ' οἰκῶν ἐν Μεγάροις,
οἷς παρ' ὑμῶν ἐξεκομίσατο χρήμασιν ἀφορμῇ χρώμε-
νος, ἐκ τῆς Ἠπείρου παρὰ Κλεοπάτρας εἰς Λευκάδα
157. ἐσιτήγει καὶ ἐκεῖθεν εἰς Κόρινθον. " καίτοι, ὦ ἄν- 10
δρες, καὶ περὶ τούτων οἱ ὑμέτεροι νόμοι τὰς ἐσχάτας
τιμωρίας ὁρίζουσιν, ἐάν τις Ἀθηναίων ἄλλοσέ πη σι-
τηγήσῃ, ἢ ὡς ὑμᾶς. Ἔπειτα τὸν προδόντα μὲν ἐν 11
τῷ πολέμῳ, σιτηγήσαντα δὲ παρὰ τοὺς νόμους, μὴ
φροντίσαντα δὲ μήτε ἱερῶν μήτε πατρίδος μήτε νό-
μων, τοῦτον ἔχοντες ἐν τῇ ὑμετέρᾳ ψήφῳ οὐκ ἀπο-
158. κτενεῖτε καὶ παράδειγμα " τοῖς ἄλλοις ἀνθρώποις
ποιήσετε; πάντων ἄρα ἀνθρώπων ῥᾳθυμότατοι ἔσε-
σθε καὶ ἥκιστα ἐπὶ τοῖς δεινοῖς ὀργιζόμενοι.

IX.

Καὶ ταῦτα δέ, ὦ ἄνδρες, ἐμοῦ θεωρήσατε ὡς δικαίαν τὴν ἐξέτασιν ποιουμένου περὶ τούτων. οὐ γὰρ οἶμαι δεῖν ὑμᾶς ὑπὲρ τηλικούτων ἀδικημάτων εἰκάζοντας, ἀλλὰ τὴν ἀλήθειαν εἰδότας, ψηφίζεσθαι, καὶ τοὺς μάρτυρας μὴ δώσοντας ἔλεγχον μαρτυρεῖν, ἀλλὰ δεδωκότας. παρεκαλεσάμην γὰρ αὐτοὺς πρόκλησιν ὑπὲρ τούτων " ἁπάντων γράψας καὶ ἀξιῶν p. 159.
βασανίζειν τοὺς τούτου οἰκέτας. Καί μοι λέγε ταύτην.

ΠΡΟΚΛΗΣΙΣ.

2 Ἀκούετε, ὦ ἄνδρες, τῆς προκλήσεως. ἅμα τοίνυν ταύτην Λεωκράτης οὐκ ἐδέχετο καὶ κατεμαρτύρει αὐτοῦ, ὅτι προδότης τῆς πατρίδος ἐστίν· ὁ γὰρ τὸν πάντων [τῶν] συνειδότων ἔλεγχον φυγὼν ὡμολόγη-
3 κεν ἀληθῆ εἶναι τὰ εἰςηγγελμένα. τίς γὰρ ὑμῶν οὐκ οἶδεν, ὅτι περὶ τῶν ἀμφισβητουμένων πολὺ δοκεῖ δικαιότατον καὶ δημοτικὸν εἶναι, ὅταν οἰκέται ἢ θεράπαιναι συνειδῶσιν, ἃ δεῖ, τούτους ἐλέγχειν καὶ " βα- 160.
σανίζειν, καὶ τοῖς ἔργοις μᾶλλον, ἢ τοῖς λόγοις πιστεύειν, ἄλλως τε καὶ περὶ πραγμάτων κοινῶν καὶ
4 μεγάλων καὶ συμφερόντων τῇ πόλει; ἐγὼ τοίνυν τοσοῦτον ἀφέστηκα τοῦ ἀδίκως τὴν εἰςαγγελίαν κατὰ Λεωκράτους ποιήσασθαι, ὅσον ἐγὼ μὲν ἐβουλόμην τοὺς ἰδίους κινδύνους ἐν τοῖς Λεωκράτους οἰκέταις καὶ θεραπαίναις βασανισθεῖσι τὸν ἔλεγχον γενέσθαι· οὑτοσὶ δὲ διὰ τὸ συνειδέναι ἑαυτὸν οὐχ ὑπέμεινεν, ἀλλ' ἔφυγε. καίτοι, ὦ ἄνδρες, πολὺ " θᾶττον οἱ Λεω- 161.
κράτους οἰκέται καὶ θεράπαιναι τῶν λεγομένων ἄν τι ἠρνήθησαν, ἢ τὰ μὴ ὄντα τοῦ αὐτῶν δεσπότου κατεψεύσαντο.

X.

Χωρὶς τοίνυν τούτων Λεωκράτης ἀναβοήσεται αὐτίκα, ὡς ἰδιώτης ὢν καὶ ὑπὸ τῆς τοῦ ῥήτορος καὶ

συκοφάντου δεινότητος ἀναρπαζόμενος. ἐγὼ δὲ ἡγοῦ- 2
μαι πάντας ὑμᾶς εἰδέναι, ὅτι τῶν μὲν δεινῶν καὶ
συκοφαντεῖν ἐπιχειρούντων ἔργον ἐστίν, ἅμα τοῦτο
προαιρεῖσθαι καὶ ζητεῖν τὰ χωρία ταῦτα, ἐν οἷς τοὺς
παραλογισμοὺς κατὰ τῶν ἀγωνιζομένων ποιήσονται,
τῶν δὲ δικαίως τὰς κρίσεις ἐνισταμένων καὶ τοὺς
ἐνόχους ταῖς ἀραῖς ἀκριβῶς ἀποδεικνύντων, τἀναν-
τία φαίνεσθαι τούτοις ποιοῦντας, ὥςπερ ἡμεῖς. οὑ- 3
τωσὶ δὲ διαλογίζεσθε περὶ τούτων παρ' ὑμῖν αὐτοῖς·
τίνας ἀδύνατον ἦν τῇ δεινότητι καὶ ταῖς παρασκευαῖς
ταῖς τοῦ λόγου παραγαγεῖν; κατὰ φύσιν τοίνυν βασανι-
ζόμενοι πᾶσαν τὴν ἀλήθειαν περὶ πάντων τῶν ἀδι-
κημάτων ἔμελλον φράσειν οἱ οἰκέται καὶ αἱ θερά-
παιναι. ἀλλὰ τούτους ὁ Λεωκράτης παραδοῦναι ἔφυγε,
p. 162. καὶ ταῦτα οὐκ ἀλλοτρίους, ἀλλ' αὐτοῦ" ὄντας. τίνας 4
δὲ δυνατὸν εἶναι δοκεῖ τοῖς λόγοις ψυχαγωγῆσαι καὶ
τὴν ὑγρότητα αὐτῶν τοῦ ἤθους τοῖς δακρύοις εἰς
ἔλεον προαγαγέσθαι; τοὺς δικαστάς. ἐνταῦθα Λεω-
κράτης ὁ προδότης τῆς πατρίδος ἐλήλυθεν οὐδὲν ἕτε-
ρον ἢ φοβούμενος, μὴ ἐκ τῆς αὐτῆς οἰκίας οἵ τ' ἐξε-
λέγχοντες τῷ ἔργῳ καὶ ὁ ἐξελεγχόμενος γένηται. τί γὰρ 5
ἔδει προφάσεων ἢ λόγων ἢ σκήψεως; ἁπλοῦν τὸ δίκαιον,
ῥᾴδιον τὸ ἀληθές, βραχὺς ὁ ἔλεγχος. εἰ μὲν ὁμολο-
γεῖ τὰ ἐν τῇ εἰςαγγελίᾳ ἀληθῆ καὶ ὅσια εἶναι, τί οὐ
τῆς ἐκ τῶν νόμων τιμωρίας τυγχάνει; εἰ δὲ μή φησι
ταῦτα ἀληθῆ εἶναι, τί οὐ παραδέδωκε τοὺς οἰκέτας καὶ
τὰς θεραπαίνας; προςήκει γὰρ τὸν ὑπὲρ προδοσίας κιν-
163. δυνεύοντα καὶ παραδιδόναι καὶ βασανίζειν" καὶ μηδένα
τῶν ἀκριβεστάτων ἐλέγχων φεύγειν. ἀλλ' οὐδὲν τούτων 6
ἔπραξεν, ἀλλὰ καταμεμαρτυρηκὼς ἑαυτοῦ, ὅτι προδότης
ἐστὶ τῆς πατρίδος καὶ τῶν ἱερῶν καὶ τῶν νόμων,
ἀξιώσει ὑμᾶς ἐναντία ταῖς αὐτοῦ ὁμολογίαις καὶ μαρ-
τυρίαις ψηφίσασθαι. καὶ πῶς δίκαιόν ἐστι τὸν τὴν
ἐξουσίαν τῆς ἀπολογίας αὐτοῦ ἐξ ἄλλων τε πολλῶν

σκευάζωσιν. ἐπειδὴ δ' οὐ νόμιμον οὐδ' εἰθισμένον
ἐστίν, ἀλλ' ἀναγκαῖον ὑμᾶς ὑπὲρ ἐκείνων δικάζειν,
τιμωρησάμενοι οὖν Λεωκράτη καὶ ἀποκτείναντες αὐ-
τὸν ἀπαγγείλατε τοῖς ὑμετέροις αὐτῶν παισὶ καὶ γυ-
p. 235. ναιξίν, ὅτι ὑποχείριον λαβόντες " τὸν προδότην αὐτῶν
ἐτιμωρήσασθε. καὶ γὰρ δεινὸν καὶ σχέτλιον, ὅταν 2
νομίζῃ δεῖν Λεωκράτης ἴσον ἔχειν, ὁ φυγὼν ἐν τῇ
τῶν μεινάντων πόλει, καὶ ὁ μὴ κινδυνεύσας ἐν τῇ τῶν
παραταξαμένων, καὶ ὁ μὴ διαφυλάξας ἐν τῇ τῶν σω-
σάντων. ἀλλ' ἥκει ἱερῶν, ὁσίων, ἀγορᾶς, νόμων, πο-
λιτείας μεθέξων, ὑπὲρ ὧν, τοῦ μὴ καταλυθῆναι, χί-
236. λιοι τῶν " ὑμετέρων πολιτῶν ἐν Χαιρωνείᾳ ἐτελεύτη-
σαν, καὶ δημοσίᾳ αὐτοὺς ἡ πόλις ἔθαψαν. ὧν οὗτος
οὐδὲ τὰ ἐλεγεῖα τὰ ἐπιγεγραμμένα τοῖς μνημείοις
ἐπανιὼν εἰς τὴν πόλιν ᾐδέσθη, ἀλλ' οὕτως ἀναιδῶς
ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖς τῶν πενθησάντων τὰς ἐκείνων
συμφορὰς ἡγεῖται δεῖν ἀναστρέφεσθαι. καὶ αὐτίκα 3
μάλ' ὑμᾶς ἀξιώσει ἀκούειν αὐτοῦ ἀπολογουμένου κα-
τὰ τοὺς νόμους· ὑμεῖς δ' ἐρωτᾶτε αὐτόν, ποίους; οὓς
ἐγκαταλιπὼν ᾤχετο; καὶ ἐάσετε αὐτὸν οἰκεῖν ἐν τοῖς
τείχεσι τῆς πατρίδος ποιησάμενοι τῶν πολιτῶν, οἷς
237. οὐ συνδιεφύλαξεν; καὶ ἐπικαλέσεται τοὺς " θεοὺς
σώσοντας αὐτὸν ἐκ τῶν κινδύνων· τίνας; οὐχ ὧν τοὺς
νεὼς καὶ τὰ ἕδη καὶ τὰ τεμένη προὔδωκεν; καὶ δεή-
σεται καὶ ἱκετεύσει ἐλεῆσαι αὐτόν· τίνων; οὐχ οἷς
τῶν αὐτῶν ἐράνων εἰς τὴν σωτηρίαν εἰσενεγκεῖν οὐκ
ἐτόλμησεν; Ῥοδίους ἱκετευέτω· τὴν γὰρ ἀσφάλειαν
ἐν τῇ ἐκείνων πόλει μᾶλλον, ἢ ἐν τῇ ἑαυτοῦ πατρίδι,
ἐνόμισεν εἶναι. Ποία δὲ ἡλικία δικαίως ἂν τοῦτον 4
ἐλεήσειε; πότερον ἡ τῶν πρεσβυτέρων; ἀλλ' οὐδὲ

γηροτροφηθῆναι οὐδ' ἐν ἐλευθέρῳ ἐδάφει τῆς πα-
τρίδος αὐτοῖς ταφῆναι τὸ καθ' αὐτὸν μέρος παρέ-
δωκεν. Ἀλλ' ἡ τῶν νεωτέρων. Καί τις ἀναμνησθεὶς
τῶν ἡλικιωτῶν τῶν ἐν Χαιρωνείᾳ ἑαυτοῖς "συμπα- p.238.
ραταξαμένων καὶ τῶν κινδύνων τῶν αὐτῶν μετα-
σχόντων σώσειε τὸν τὰς ἐκείνων θήκας προδεδωκότα,
καὶ τῇ αὐτῇ ψήφῳ τῶν μὲν ὑπὲρ τῆς ἐλευθερίας
τελευτησάντων παρανοίας καταγνοίη, τὸν δὲ καταλι-
πόντα τὴν πατρίδα ὡς εὐφρονοῦντα ἀθῷον ἀφήσει;
5 ἐξουσίαν ἄρα δώσετε τῷ βουλομένῳ καὶ λόγῳ καὶ ἔρ-
γῳ τὸν δῆμον καὶ ὑμᾶς κακῶς ποιεῖν. οὐ γὰρ μόνον
νῦν οἱ φεύγοντες κατέρχονται, ὅταν ὁ ἐγκαταλιπὼν
τὴν πόλιν καὶ φυγὴν αὐτὸς ἑαυτοῦ καταγνοὺς καὶ οἰ-
κήσας ἐν Μεγάροις ἐπὶ προστάτου πλείω πέντ' ἢ ἓξ ἔτη
ἐν τῇ χώρᾳ καὶ ἐν τῇ πόλει ἀναστρέφηται, ἀλλὰ καὶ
ὁ μηλόβοτον τὴν Ἀττικὴν εἶναι φανερᾷ τῇ ψήφῳ
καταψηφισάμενος, οὗτος ἐν ταύτῃ τῇ χώρᾳ σύνοικος
ὑμῶν γένηται.

XXXVII.

Βούλομαι δ' ἔτι βραχέα πρὸς ὑμᾶς εἰπὼν κατα-
βῆναι καὶ τὸ ψήφισμα τοῦ δήμου παρασχόμενος, ὃ
περὶ εὐσεβείας ἐποιήσατο· χρήσιμον γὰρ ὑμῖν ἐστι
τοῖς μέλλουσι τὴν ψῆφον φέρειν. καί μοι λέγε "τὸ 239.
αὐτὸ ψήφισμα.

ΨΗΦΙΣΜΑ.

Ἐγὼ τοίνυν μηνύω τὸν ἀφανίζοντα ταῦτα πάντα πρὸς ὑμᾶς τοὺς κυρίους ὄντας κολάσαι, ὑμέτερον δέ ἐστι καὶ ὑπὲρ ὑμῶν καὶ ὑπὲρ τῶν θεῶν τιμωρήσασθαι Λεωκράτην. τὰ γὰρ ἀδικήματα, ἕως μὲν ἂν ᾖ ἄκριτα, παρὰ τοῖς πράξασίν ἐστιν, ἐπειδὰν δὲ κρίσις γένηται, παρὰ τοῖς μὴ δικαίως ἐπεξελθοῦσιν. εὖ δὲ ἴστε, ὦ ἄνδρες, ὅτι

νῦν κρύβδην ψηφιζόμενος ἕκαστος ὑμῶν φανερὰν ποιήσει τὴν αὑτοῦ διάνοιαν τοῖς θεοῖς. ἡγοῦμαι δέ, ὦ 2
ἄνδρες, ὑπὲρ ἁπάντων τῶν μεγίστων καὶ δεινοτάτων μίαν ὑμᾶς ψῆφον ἐν τῇ τήμερον ἡμέρᾳ φέρειν, οἷς ἅπασιν ἔνοχον ὄντα Λεωκράτην ἔστιν ἰδεῖν, προδοσίας μέν, ὅτι τὴν πόλιν ἐγκαταλιπὼν τοῖς πολεμίοις ὑποχείριον ἐποίησε, δήμου δὲ καταλύσεως, ὅτι οὐχ ὑπέμεινε τὸν ὑπὲρ τῆς ἐλευθερίας κίνδυνον, ἀσεβείας δ', ὅτι τοῦ τὰ τεμένη τέμνεσθαι καὶ τοὺς νεὼς κατασκάπτεσθαι τὸ καθ' ἑαυτὸν γέγονεν αἴτιος, τοκέων δὲ κακώσεως, τὰ μνημεῖα αὐτῶν ἀφανίζων καὶ τῶν νομίμων ἀποστερῶν, λειποταξίου δὲ καὶ ἀστρατείας, οὐ παρασχὼν τὸ σῶμα τάξαι τοῖς στρατηγοῖς. ἔπειτα
p. 240. "τούτου τις ἀποψηφιεῖται καὶ συγγνώμην ἕξει τῶν 3
κατὰ προαίρεσιν ἀδικημάτων; καὶ τοσοῦτόν ἐστιν ἀνόητος, ὥςτε τοῦτον σώζων τὴν ἑαυτοῦ σωτηρίαν προέσθαι τοῖς ἐγκαταλιπεῖν βουλομένοις, καὶ τοῦτον ἐλεήσας αὐτὸς ἀνελέητος ὑπὸ τῶν πολεμίων ἀπολέσθαι προαιρήσεται, καὶ τῷ προδότῃ τῆς πατρίδος χάριν θέμενος ὑπεύθυνος εἶναι τῇ παρὰ τῶν θεῶν τιμωρίᾳ;

Ἐγὼ μὲν οὖν καὶ τῇ πατρίδι βοηθῶν καὶ τοῖς 4
ἱεροῖς καὶ τοῖς νόμοις ἀποδέδωκα τὸν ἀγῶνα ὀρθῶς καὶ δικαίως, οὔτε τὸν ἄλλον τούτου βίον διαβαλὼν οὔτ' ἔξω τοῦ πράγματος οὐδὲν κατηγορήσας. ὑμῶν δ' ἕκαστον χρὴ νομίζειν τὸν Λεωκράτους ἀποψηφιζόμενον θάνατον τῆς πατρίδος καὶ ἀνδραποδισμὸν κατα-
241. ψηφίζεσθαι, καὶ δυοῖν καδίσκοιν κειμένοιν, τοῦ "μὲν προδοσίας, τοῦ δὲ σωτηρίας εἵνεκα, τὰς ψήφους φέρεσθαι τὰς μὲν ὑπὲρ ἀναστάσεως τῆς πατρίδος, τὰς δὲ ὑπὲρ ἀσφαλείας καὶ τῆς ἐν τῇ πόλει εὐδαιμονίας.
ἐὰν μὲν Λεωκράτη ἀπολύσητε, προδιδόναι τὴν πό- 5
λιν καὶ τὰ ἱερὰ καὶ τὰς ναῦς ψηφιεῖσθε· ἐὰν δὲ τοῦτον ἀποκτείνητε, διαφυλάττειν καὶ σώζειν τὴν

πατρίδα καὶ τὰς προσόδους καὶ τὴν εὐδαιμονίαν παρακελεύσεσθε. νομίζοντες οὖν, ὦ Ἀθηναῖοι, ἱκετεύειν ὑμῶν τὴν χώραν καὶ τὰ δένδρα, δεῖσθαι τοὺς λιμένας, "τὰ νεώρια καὶ τὰ τείχη τῆς πόλεως, ἀξιοῦν p. 212.
δὲ καὶ τοὺς νεὼς καὶ τὰ ἱερὰ βοηθεῖν αὐτοῖς, παράδειγμα ποιήσατε Λεωκράτη ἀναμνησθέντες τῶν κατηγορουμένων, καὶ ὅτι οὐ πλέον ἰσχύει παρ' ὑμῖν ἔλεος οὐδὲ δάκρυα τῆς ὑπὲρ τῶν νόμων καὶ τοῦ δήμου σωτηρίας.

COMMENTARIUS

IN

LYCURGI ORATIONEM CONTRA LEOCRATEM.

SUMMARIUM.

Ψήφισμα ποιεῖ] Ignotus, qui hoc argumentum scripsit, grammaticus ea posuit potestate, quam boni scriptores medio fere tribuunt. Est enim ποιεῖν, quotiescunque accusativus substantivi abstracti accedit, aliquid efficere, parare, faciendum curare; *verursachen, zu Stande bringen, veranstalten*; ποιεῖσθαι, ipsum facere, cum substantivis junctum periphrasin facit verbi, quod aut notatione aut certe notione nomini apposito conveniat. Vid. Matth. gr. Gr. §. 413. not. 5 (pag. 566). Poppo in indic. Xen. anab. v. ποιεῖν. Id. ad Thuc. p. I. vol. 1. pag. 190. cf indic. v. ποιεῖν. Quanquam interdum fit, ut activum propius ad medii usum accedat. Sic Xen. anab. IV, 3, 14 σπονδὰς ποιεῖν est quidem libationem curare faciendam, verum ita, ut qui faciendam curet et ipse libationi interesse libareque cum ceteris possit. Inde apparet, salvo quod proposuimus significationis discrimine, saepenumero parvi referre, ποιεῖν an ποιεῖσθαι dicatur. Itaque Xen. an. II, 2, 17 κραυγὴν ποιεῖν dicuntur, qui ibi clamantes ceteris quoque clamoris auctores fiunt. Popp. ad Thuc. l. c. Id. ad Xen. Cyrop. III, 1, 4. Bornemann. ad Xen. an. II, 2, 17. Quibus ex locis qui activum et medium promiscue usurpari demonstrare posse sibi visi sunt, nae illi a vero longe aberrarunt. Sed tamen seriori aetate hanc confusionem increbuisse multis grammaticorum et scholiastarum locis probatur. Vid. schol. ad Thuc. I, 5: λῃστείαν ἐποίουν. I, 15: στρατείαν ἐποίουν.

Ὥςτε — γενέσθαι] Post verba, quae cum simplici infinitivo construi solent, nonnunquam conjunctionem ὥςτε etiam ab optimis scriptoribus adsciscі, Matthiaeus docet gr. Gr. §. 531, n. 2. (pag.

761). [Similiter post ψηφίζεσθαι legitur Thuc. VI, 88. post δοκεῖν VIII, 79. Kr.] Vid. infra ad 20, 5.

Ἐν Ῥόδῳ καὶ ἐν Μεγάροις — ἐν Ἀθήναις] Ἐν pro εἰς positum apud classicos scriptores ex constructione πρὸς τὸ σημαινόμενον, quam vocant, explicandum est A recentioribus nullo discrimine ἐν dicitur, ubi εἰς tantum rectum est. Qui soloecismus prope consuetudine a quibusdam receptus fuisse videtur, ut a Caesaris metaphraste. Cf. Marcellin. vit Thuc. §. 46: ἀπελθὼν ἐν Θρᾴκῃ. §. 55: ὅτι ἐν ταῖς Ἀθήναις ἠνέχθη. [Cf. Hermann. *Ueber Bökhs Behandl. der Gr. Inschr.* p. 182. s. Sed in Thucydidis loco ibi collato VIII, 17: ἀποστέλλειν ὁπλίτας ἐν τῇ Σικελίᾳ recte Bekkerus ex optimis duobus libris ἐς τὴν Σικελίαν recepit Altera scriptura frequentissimo corruptionum genere ex praegresso ἐν τῇ Σικελίᾳ orta est. Kr.]. In Homeri carminibus quae sit ratio hujus usus ex tmesi, quae dicitur, explicandi, exposuit Thiersch. gr. Gr. §. 279, 2. 3. cf. infra ad 24, Eurip v. 12.

στάσις] Cic. topic. 25: Refutatio autem accusationis, in qua est depulsio criminis, quae Graece στάσις dicitur, Latine appelletur status. Id. de invent. I, 8: eam igitur quaestionem, ex qua causa nascitur, constitutionem appellamus Quinctil. instit. orat. III, 6, 2: Quod nos statum, id quidam constitutionem vocant, alii quaestionem etc. [Cf. Ernesti Lexx. rhett. in v. στάσις et *constitutio*. Kr.]

ὅρος ἀντονομάζων] ea est constitutio causarum, ὅταν ὄνομα ὀνόματι ὁ φεύγων ἀντιτιθῇ. Hermogen. περὶ στάσεων p. 42 ed. Laur. — Cic. de invent. l. c. cum autem nominis (controversia est), quia vis vocabuli definienda verbis est, constitutio definitiva nominatur. Cf. Quinctil. III, 6 passim. Libanius in argumento Midianae: ὁρικὸς οὖν ὁ λόγος τῇ στάσει. Cf. alterum Midianae argumentum §. 4. 8. Quippe dissentiunt litigantes in facti definitione (ὅρος enim est definitio), nomine alter altero id, quod commissum est, appellantes. Ita in hac causa Lycurgus profectionem Leocratis fugam et proditionem, ipse iter mercatorium appellabat atque definiebat.

προδιδόναι] aut infinitivus imperfecti, de quo vid. ad 19, 4, aut προδιδόναι est proditorem esse.

στοχασμὸν ἀπὸ γνώμης] στοχασμὸς ex interpretatione Hermo-

genis est ἀδήλου πράγματος ἔλεγχος οὐσιώδης. Ceterum στοχασμὸς ἀπὸ γνώμης est illius quaestionis modus, in quo, quum de persona et facto constet, de voluntate et consilio fit controversia. Cf. A. G. Becker. ad h. l.

CAP. I.

1. Δικαίαν — καὶ εὐσεβῆ — τὴν ἀρχήν] Hoc loco et similibus adiectivi sine articulo, substantivi cum eo positi haec est causa, quod, quum substantivo certa et nota res enuntietur, adiectivo modus non necessario nec ipsa natura, sed casu arbitriove constitutus exprimitur. Quam rem quo facilius tirones perspiciant, verba sic possunt inverti: δικαία ἔσται καὶ εὐσεβὴς ἡ ἀρχὴ τῆς κατηγορίας, ἣν ποιήσομαι. Itaque ex appositionis ratione illa adiectiva explicanda sunt. Cf. 2, 4. n. 3, 2. 4, 1. n. 16, 5. 23, 2. 25. 30, 10. 12. Buttmann. gr. Gr. §. 111. n. 3. Matth. §. 265 extr. Ceterum ante Osannum et J. Bekkerum legebatur δίκαιον (vid. ad 11, 6.). Hi demum ex omnibus MSS. δικαίαν reposuerunt.

ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι] „Apud Athenienses civis quisque triginta annos natus iudicis munia obibat. Hinc repetenda est compellatio ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι oratoribus Atticis frequentata pro altera illa ὦ ἄνδρες δικασταί. V. Spalding ad Dem. Mid. p. 8, 5. (§. 1, c.)." Herbst. ad Xen. Memor. I, 1, 1.

2. τοῖς ἥρωσι τοῖς — ἱδρυμένοις] Heroes ἐπιχώριοι s. ἐπώνυμοι sunt intelligendi, unde decem tribus a Clisthene institutae nomina acceperunt, quibus statuae erant positae prope curiam Quingentorum et tholum in Ceramico urbico. Praeterea per urbem et agrum Atticum passim et sacella et signa et arae diis heroibus erant dicata; v. c. Pandionis heroum Pausanias memorat I, 41, 6. eiusdem in acropoli statuam I, 5, 4. Aegei heroum I, 22, 5. Aiacis in Salamine templum I, 35, 2; heroumque aras I, 1, 4. Vid. infra ad 20, 6. Herodot. V, 66 et 69. Wolf. proleg. ad Leptin. p. 133 sq. Buttmann. ind. Demosthen. Mid. v. ἐπώνυμος. — „De verbo ἱδρύσθαι, quod proprium est de sacris aedificiis et templis [et statuis. Bl.] Wyttenbach. ad Julian. p. 193 ed Lips." A. G. vid. Becker. Cf. 8, 8 bis.

εἰςήγγελκα] Εἰςαγγελία, εἰςαγγέλλειν. Vocabula haec quanquam etiam de aliis quibusvis delationum (μηνύσεων) generibus usurpantur, hac tamen oratione eam, quae proprie dicitur εἰσαγγελία, delationem significant. Cuius quum tria grammatici distinguant genera, hic de eo, quod ad nostram spectat causam, paucis exposuisse satis habebimus. Atque ad extraordinarium iudiciorum modum illud pertinet; in quibus duplex inesse ratio potest. Primum enim nonnunquam accidit, ut delicta a vulgari ratione recedentia certis legum praescriptionibus non comprehendantur; quare neque in iudicium deduci queunt ordinario modo, neque cognosci de iis et iudicari potest ex veteribus legibus. Cf. 3, 5. Alterum exsistit genus, ubi propter hominum, rerum, temporum conditionem, etsi certis legibus delicta sint cauta, tamen vulgaris iudicandi ratio non commoda satis aut idonea videtur. Quo in genere apparet, plerumque in delatoris arbitrio positum fuisse, utrum ordinariam apud iudices accusationem an εἰςαγγελίαν institueret. Hanc qui parabat, is crimen ad senatum aut populum deferebat, hique, quid de eo faciendum esset, statuebant. Iam senatus populusve, si accepta esset delatio, aut sibi ipsi iudicandi munus sumebant, aut, quod saepius fieri solebat (praecipue a Senatu, quotiescunque mulcta, quae imponenda videretur, quingentas drachmas excederet), cognitionem ad Heliasticum iudicium reiiciebant, ita tamen ut simul statuerent, quo nomine reus in iudicium ducendus, et quibus ex legibus iudicandus et puniendus esset, atque adeo ex oratoribus delatori adiungerent, qui reum reipublicae, in quam peccarat, nomine accusarent. Igitur illa ad senatum vel populum extraordinariorum criminum delatio εἰςαγγελία vocatur. Haec a Lycurgo iam facta est. Qua de causa εἰςήγγελκα dicit 1, 2. ταύτην τὴν εἰςαγγελίαν ἐποιησάμην 2, 4. Accusationem vero apud iudices ipsa hac oratione nunc constituit Plura qui requirat, is adeat Schoemann. de comitiis Ath. p. 180—217. Meier, in libro: *der Attische Process* p. 260 sqq. Heffter *athen. Gerichtsverf.* p. 192 sqq. 213 sqq. Matthiae de iudiciis Athen. p. 229 sqq. Pinzger. prolegomen. ad Lycurg. p. 39 sqq

Λεωκράτη] De hac accusativi forma vid. ad 30, 13.

τὸν προδόντα αὐτὸν] Im. Bekkerus αὐτῶν de suo dedit pro

αὐτόν. Quae mutatio facilis est, necessaria non est. Nam pronomen αὐτός obliquis casibus haud raro, nomine praegresso, redundanter ponitur. Vid. Hermann. ad Soph. Trachin. 288. Krüger. et Popp. ad Xen. an. II, 4, 7. Liv. 1, 19: Qui regno ita potitus urbem novam, conditam vi et armis, iure eam legibusque ac moribus de integro condere parat. Iam vero hoc loco haud temere αὐτόν additum esse videtur; etenim participium τὸν προδόντα per appositionem cum obiecto esse construendum, neque vero ipsum obiecti vice fungi, ita demum perspicuum fit. Cuius appositionis quae sit vis, infra ad 36, 2 demonstratur.

ἕδη] Cf. 26, 3. — „Statuae. Lexicon in Bekkeri anecd. Graec. Tom. I. p. 246: Ἕδος αὐτὸ τὸ ἄγαλμα. Dionys. Hal. Ant. 1, 47: τοὺς δὲ ἄλλους παῖδας Αἰνείας παραλαβὼν καὶ τὸν πατέρα καὶ ἕδη τῶν θεῶν. Cf. Pausan. 8, 46." Osann.

ὑμετέρων] Ex uno Z Pinzgerus ἡμετέρων.

πατέρων καὶ παίδων καὶ γυναικῶν καὶ πατρίδος καὶ ἱερῶν] Quibusdam in formulis articuli omissio fere solennis est, ut παῖδες καὶ γυναῖκες. Krüger ad Xen. an. I, 4, 8. ad Dionys. historiogr. p. 49. Cf. infra 6, 1. 36, 1. Huc pertinent quoque: τεῖχός τε καθελόντες καὶ ναῦς παραδόντες. Thuc. I, 101. Cf. 108. At enim h. l. illa omissio vigorem quendam orationi addit, ad quem aptissimum est polysyndeton. Plane hoc genus loquendi Germanicae convenit linguae: *für Väter und Kinder und Weiber* etc. Cf. Plat. Gorg. 507 extr. sq: φασὶ δ' οἱ σοφοί, ὦ Καλλίκλεις, καὶ οὐρανὸν κα ἰγῆν καὶ θεοὺς καὶ ἀνθρώπους τὴν κοινωνίαν ξυνέχειν etc. Cf. not. ad 8, 9. 36, 2.

μὴ παρέχοντας συγγνώμην] Haec verba, et Tayloro et Wolfio ad Lept. 345 suspecta, Heinrichius et Bekkerus uncis includenda curarunt. Sed recte Pinzgerus animadvertit, fusius quoddam et copiosius genus dicendi passim apud Lycurgum deprehendi eiusque hoc proprium videri. Quid? Eodem modo negatione opposita optimi quique scriptores sententiam amplificare solent atque illustrare. Plat. Gorg. 456, e: ἀμυνομένους, μὴ ὑπάρχοντας. Demosth. in Mid. 522 s fin. (§. 9 extr.): χάριν, οὐ βλάβην δήπου. Id. 521 extr. (§. 8, e.): πολλῶν θανόντων, οὐχ ἑνός. Cf. etiam 34, 2. n.

Cap. II.

κρίνοντας] V. 34, 2 n.

ἐν ταύτῃ] Reisk. coniecit ἐν αὐτῇ, quod Heinrichius recepit. Tu confer Xen. an. I, 6, 9: συμβουλεύω ἐγὼ τὸν ἄνδρα τοῦτον ἐκποδὼν ποιεῖσθαι ὡς τάχιστα, ὡς μηκέτι δέῃ τοῦτον φυλάττεσθαι etc.

νῦν δὲ] nunc vero, ut nunc est, *so aber*. Cf. Demosth. Mid. p. 560 (38, d.). Xen. de rep. Athen. 1, 6. an. V, 1, 10. Imprimis conditionali enuntiato opponi solet. Krüger. ind. Xen. anab. v. νῦν. Infra 8, 4. n.

περιέστηκεν] De hoc verbo, item de ἀπεχθάνεσθαι vid. ind.

τὸν ἰδίᾳ κινδυνεύοντα] Nam si accusator in publica causa quintam suffragiorum partem non tulisset, mulcta mille drachmarum cum diminutione capitis erat constituta. Vid. *d. Att. Process* p. 269. Hier. Wolf. ad Demosth. pro coron. p. 315 R. Cf. Demosth. in Timocr. p. 702 l. 6 sq.

δοκεῖν] V. ind.

ἡ τῶν νόμων τάξις] i. e. τοῦτο, ὃ τάττουσιν οἱ νόμοι, constitutiones, praecepta legum. Hanc explicationem Reiskius dedit, quocum sentio propter sequentia: ἡ τ. δ. ψῆφος, ἡ — κρίσις, quibus ἡ — τάξις debet respondere. Quod non faciet, si cum Pinzgero explicaveris: τὸ τοὺς νόμους τετάχθαι. Hoc enim nihil esset nisi οἱ τεταγμένοι νόμοι. At efficacitatis, non affectionis passivae, illis vocibus, κρίσις et ψῆφος, notio inest. Cf. 3: ὁ γὰρ νόμος πέφυκε προλέγειν.

δεύτερον δὲ] Im. Bekk. δεύτερον δ', sicut statim τρίτον δ'. Invitis libris talia non immutabimus. In quibus si Bekkerus elisionem invenisset factam, quidni verbo indicasset? Cf. ad. 30, 15.

παραδιδοῦσα] Vulg. παραδοῦσα. Illud ex Im. Bekkeri coniectura est, quae nobis quoque ultro occurrit. Simili modo paullo infra (3, 4.) παραδόντα et παραδιδόντα in libris confusa. V. not. ad h. l. Sic 3, 7 ἡ — διδομένη δωρεά, quae Stephani correctio iam codicibus probatur, quum ante vulgaretur δεδομένη.

3. ὁ μὲν γὰρ νόμος πέφυκε προλέγειν] lex est, quae praedicat i. e. eo spectat, ut praedicat. Matth. gr. §. 531, I. Cf. 16, 4. n.

ὑπ' ἀμφοτέρων] ὑπ' Reiskii est coniectura, editoribus recentio-

ribus probata et a Marg. Hamburg. (Vid. Osann. praefat. p. XIII sq.) confirmata. Vulgo ἐπ᾽.

ἀποδειχθέντας αὐτῷ] Vid excurs. III.

ἄνευ τοῦ παραδώσοντος] Xen. an. VI, 3 (5), 9: ἵνα ὦσιν οἱ ἐπιβοηθήσοντες. 20: ἔνθα οὔτε πλοῖα ἔστι τὰ ἀπάξοντα οὔτε σῖτος, ᾧ θρεψόμεθα. Cf. infra 34, 1. n. Krüger. ad Xen. an. I, 3, 17. Saepe ponitur futurum, ubi non certae ac singulae vel res vel personae significantur, sed genus universe definitur cogitationeque comprehenditur; id quod Latini coniunctivo exprimunt. Quae ratio eo explicanda, quod apud Graecos futurum usu simillimum est coniunctivo. Vid. Hermann. ad Vig. p. 747 et 927. — De articulo ante participium posito vid. Matth. §. 269, not. — Παραδιδόναι τοῖς δικασταῖς sive εἰς τοὺς δικαστάς, εἰς τὸ δικαστήριον, reum tradere, *überantworten*, est verbum solenne, quodque ad genus dicendi iudiciale pertinet. Demosth. in Mid. 515 (1, c.).

Λεωκράτην] V. 30, 13. n.

τοὺς αὐτοῦ πολίτας] Pinzgerus ex codd. αὐτοῦ rec. Hunc nihil moramur; ubi enim de usu pronominis αὐτοῦ disserere videtur (ad 10, 3), ne distinguit quidem, utrum pronomen in enuntiato aliunde pendenti positum ad subiectum sententiae primariae an ad proximum pertineat. De illo genere in excursu disputabimus. Hoc loco αὐτοῦ ad eiusdem enuntiationis subiectum referretur. Quod ubi fit, αὐτοῦ est ipsius, reflexivum autem subauditur. 9, 4. n. 10, 3. n. Thuc. I, 121: δεινὸν ἂν εἴη, εἰ οἱ μὲν ἐκείνων ξύμμαχοι ἐπὶ δουλείᾳ τῇ αὐτῶν φέροντες οὐκ ἀπεροῦσιν. Cf. Popp. ad Thuc. 1, 1. pag. 391 sq. Idem in censura grammaticae Matthiaei Ephemerid. liter. Jenens. 1826. mens. Sept. p. 427. Sic etiam Latini saepe loquuntur. Vid. Gesneri thes. Lat. ling. v. ipse. Quae quum ita sint, αὐτοῦ h. l. non necessarium. Quamquam, si de omnibus MSS. mihi constaret, tolerarem. Nunc vero Pinzgerus quidem de MSS. in universum praedicat. Scilicet Osannus ipsi auctor. Sed hic vir neque omnibus codd. usus est, quibus Im. Bekkerus, et in ipsis codd. A et X conferendis tumultuariam magis quam assiduam se locasse operam, quum multis locis prodit, tum ipse ingenue confessus est. Itaque cum Bekkerus nihil quidquam enotaverit, de uno cod. Z nulla dubitatio mihi relinquitur; quamquam etiam in X idem exstare, facile crediderim, cui codici I. Bekkerus non multum

tribuit. Haec vero auctoritas parum me movet; quare vulgarem scripturam adhuc tuendam putavi.

τοῖς γεγραμμένοις] τὰ γεγραμμένα sunt accusationis capita, crimina. Demosth. de cor. p. 244 v. 8 sq.: τὴν γὰρ αὐτὴν τούτῳ ποιησάμενος τῶν γεγραμμένων τάξιν. Usitatius etiam est τὰ κατηγορημένα. Vid. 37, 5. n. Demosth. l. l. 226 sq. 227, 13. Eadem ratione infra dicit τὰ εἰςηγγελμένα 9, 2. 14, 1. i. e. τὰ ἐν τῇ εἰςαγγελίᾳ, 10, 5. Ceterum haec participii perfecti passivi significatio non ex activo, sed e medio fluxit. Vid. Popp. ad Thuc. p. I. vol. 1. pag. 184. Heindorf. ad Plat. Gorg. §. 19.

ταύτην τὴν εἰςαγγελίαν ἐποιησάμην] V. indic. v. ποιεῖσθαι.

τῆς τε πατρίδος] Particula non cum antecedentibus copulat sed ad sequens καὶ pertinet.

κοινὰς καὶ τὰς προφάσεις etc.] Vid. I, 1, n. Ex regula ibi constituta tirones hac enarratione adiuventur: καὶ (νομίζειν), καὶ τὰς προφάσεις. τῆς πρὸς αὐτοὺς διαφορᾶς εἶναι κοινάς, ὥς τὰ κοινὰ τῶν ἀδικημάτων ἔχει. Hic locus misere quosdam exercuit. Sed plana sunt omnia, modo teneas, τὰ κοινὰ τῶν ἀδικημάτων ἔχειν accusativum esse cum infinitivo, pendereque a νομίζειν. Deinde κοιναὶ προφάσεις sunt causae communes, i. e. quae ad omnes pariter pertinent; τὰ κοινὰ τῶν ἀδικημάτων, crimina publica. Denique ἔχειν est exhibere, praebere, i. q. παρέχειν. De qua significatione vid Duker. et Haack. ad Thuc. II, 41. Cf. Thuc. I, 9: τὴν ἐπωνυμίαν σχεῖν. [Cf. tamen Hermann ad. Viger. p. 752. Atque hoc Lycurgi loco vide ne ἔχειν proprie sit continere. Kr.]

Cap. III.

δημοσίους] Sic B et X. Ante iam Taylorus coniecerat; receperunt Im. Bekkerus, Osann. et Pinzger. Vulgaris tamen scriptura δημίους in plurimis est MSS. atque ipso optimo A. Praeterea probabile est, δημίους mutatum esse in δημοσίους, contra hoc non facile ab insolentiore forma depelli potuit; nisi forte δημίους ex compendio scripturae natum videatur. — Interim Imm. Bekkerum secuti rem dijudicatu difficilem in ambiguo relinquimus. Vid. tamen Koen. ad Gregor. Cor. ed. Schaefer. p. 561. Cf. Sturz. de dialecto

Mac. et Alex. p. 158 sqq. Ael. Herodian. ed. Pierson. p. 478. Bekkeri anecdot. p. 234 v. 13 sq. Lobeck. ad Phrynich. 476.

2. τὰς τῶν παρανόμων γραφὰς] γραφὴ παρανόμων caussa fuit publica et magna. Παράνομα enim rogasse arguebatur, et qui legem legi veteri necdum sublatae repugnantem tulerat, et qui in parte aut capite novae legis aliquid posuerat contra ea, quae veterem auctoritatem haberent. Wolf. proleg. ad Lept. p. 132 sqq. Pinzger ad h. l. Schoemann de comit. Ath. p. 159 sqq. Meier. in libro *d. Att. Process* p. 282 sqq. Heffter *athen. Gerichtsverfassung* p. 157 sqq.

μέλλῃ] Vulgatum μέλλει Osannus secundum Z, I. Bekkerus secundum ABLPZ correxit.

ταύτην τὴν πρᾶξιν] i. e. τὸ παρανομεῖν vel potius τὸ παράνομα ψηφίζεσθαι.

μικρόν τι μέρος] Matth. gr. §. 487, 5.

μήτε κατηγορίαν μήτε τιμωρίαν ἐνδέχεσθαι εὑρεῖν ἀξίαν] Quum aut haec aut proxima verba tollenda esse statim appareat, tamen, utra utris cedere debeant, adhuc ambigitur. Ego ad Pinzgeri sententiam accedo, ea, quae uncis inclusa sunt, ex commate 4 extr. huc irrepsisse, infra autem esse proba. Quo in loco coniunctio ὡς cum infinitivo non est praetereunda. Neque enim, si purum atque germanum hoc dicendi genus, idcirco tam usitatum est, ut ab interpolatoris vel glossatoris manu non credas potius ὥςτε profecturum fuisse. Eadem verba Im. Bekkerus, sed utroque hic loco, uncis notavit.

μὴ βοηθήσαντα δὲ] Δέ tertio loco positum haud raro invenitur, maxime ubi vox minor, ut articulus, praepositio, negatio, primum tenet. 8, 11. 17, 5. 24. Eur. v. 28. Vid. Popponis observat. crit. in Thuc. p. 30. Haack. ad Thuc. I, 70. Quin longius etiam particula adversativa reiicitur. Welcker. ad Theogn. XCVIII.

τοῖς πατρῴοις ἱεροῖς] Vid. ad 8, 9.

ὑποχείριον] Praedicatur de urbe, quod demum per verbum, παραδιδόναι, efficiatur. Cf. 20, 3. 4. 35, 2 ann. Hermann. ad Sophocl. Ai. 69. ad Vig. 897. Krüger. ad Xen. an. I, 5, 8.

παραδόντα] Ita pro vulg. παραδιδόντα praestantissimi A B, quibus cum Heinrichio, Osanno, Bekkero et Pinzgero obsecutus sum. Non tamen per se vulgata prorsus spernenda. Vid. ad 13, 1.

4. *διὰ τὸ μὴ*] Im. Bekkerus *μήτε* ex coniectura dedit. Sed »*μὴ* — *μήτε* recte dici, contra Elmsleium ad Eurip. Med. v. 4 satis probavit Hermannus.« Poppo ad Xen. an. VI, 1 (V, 9) 24. Cf. Pinzger. in V. L. ad h. l.

ἐπίδοξον εἶναι] V. ad 19, 4.

γενήσεσθαι] Libri omnes *γεγενῆσθαι* vitiose. Valcken. ad Herod. IV, 11 *γενήσεσθαι*, quod nuper Heinrichius recepit et Neoph. Ducas. Reliqui cum Bekkero *γενέσθαι*, morem gerentes Lobeckio ad Phrynich. p. 133. »Lobeckii nos in textum suscepimus correctionem firmis aoristi post *ἐπίδοξον* similiaque exemplis munitam, quibus ea adde, quae contulerunt Valckenarius l. c. Heldius in Thierschii Actis Philol. Monac. vol. I. fasc. 1. p. 63. nos ad Philemon. Gramm. p. 226.« Osann. Cf. 15, 2. n. — Sed tamen Valckenarii coniectura probabilior nobis, propius illa ad vulgaris scripturae similitudinem accedere visa.

5. *ὅσα μὲν γὰρ*] Frequens est apud Graecos hoc anacoluthi genus, ut relativa pro *εἴ τις*, *εἴ τι* ponant. Thuc. I, 70: *καὶ ἃ μὲν ἂν ἐπινοήσαντες μὴ ἐπεξέλθωσιν, οἰκείων στέρεσθαι ἡγοῦνται* Polyaen. lib. I. prooem.: *ἀνδρεία μὲν γάρ, ὅςτις ὀλκῇ χρησάμενος — ἐκράτησεν*. Xen. an. IV, 5, 14. Infra 24, Eur. v. 1. n. Unde h. l. fit, ut *εἰ* ad ea, quae in altero membro sequuntur, *μείζω δὲ τούτων τίς* etc. subaudiatur. [Non opus videtur ut subaudiatur quidquam, modo memineris saepe Graecos particulis *δέ* et (*τέ*) *καί* libera enuntiata relativis adiungere, veluti Thuc. II, 41. VI, 13. VII 28. extr. et VI, 11. ac Sophocl. Oed. C. 424. 467. Adde quae notavi ad Xenoph. Anab. I, 1, 2. Kr.]

τούτῳ κανόνι] Articulum ne desideres, est haec appositio valde usitata. 19. 1. 20. 1. nn. [Xen. Mem. I, 2, 44. *τεκμηρίῳ τούτῳ χρώμενος*. Kr.] Herodot. III, 82 init.: *Μεγάβυζος μὲν δὴ ταύτην γνώμην* (dieses als Meinung) *ἐςέφερε*. Pluribus de hac re egimus in Animadvers. ad Popponis de locis quibusd. Thuc. jud. p. 4.

περιείληφεν] »Fuit cum *διείληφεν* mallem.« Im Bekker. Vid. ind. vv. *σφόδρα* et *περιλαμβάνειν*.

τούτων] i. e. *ἃ ὁ νόμος περιείληφεν ἑνὶ ὀνόματι προςαγορεύσας*. Quamvis enim leges erant et quaestiones vel de impietate vel de proditione, vel de *λειποταξίᾳ* aliisve, nulla tamen reperiebatur lex quae uno nomine haec omnia accurate comprehendens poenam irrogaret

rogaret ei, qui simul eorum convinceretur. Qua de causa statim additur: ἅπασι δὲ ὁμοίως ἔνοχός ἐστιν. Omnia enim dicit crimina, quae etsi inter se distinguenda, tamen ad unum pertineant genus, sicut Leocratis crimina ad patriae proditionem spectabant omnia. Sed non simplex fuit ea proditio, immo cum omnibus maleficiis, quae in hoc crimine cerni possint, coniuncta (37, 2). Hinc apparet, maiora et graviora a Leocrate fuisse delicta, quam quae una lex de proditione vel alio simplici crimine lata comprehenderet. Cf. Schoemann. de comit. Ath. p. 184. Δέ post ἅπασι idem fere est quod καί; solent enim Graeci orationis membra ita interdum inter se iungere, ut alterum ab altero tanquam novi aliquid distinguant, ubi nos coniunctione copulativa annectere consuevimus. Proinde δέ pro καί saepius poni perhibetur.

7. διδομένῃ] vid. n. ad 2, 2.

Cap. IV.

1. τὴν κατηγορίαν δικαίαν] Z΄ et X δικαίως a glossatoris fortasse manu. Vid. 1, 1. n. cl. 4, 3: δικαίαν τὴν ψῆφον et δικαίαν τὴν κατηγορίαν. 4 extr. 5 extr. Quod autem hic substantivum primo, adiectivum secundo loco positum est, quum aliis locis contrarius in eiusmodi locutionibus soleat esse ordo, id oppositionis gratia factum est. Nam orator postquam iudices, ut ad hanc causam attentos habeant animos, magni memores officii, commonuit, iam semet opponit et suum officium, quod est in accusationis ratione et modo.

οὔτ' ἔξω τοῦ πράγματος λέγων] De ἔξω, quod pro ἐκτός dicatur, disserit Lobeck. ad Phrynich. p. 128. Quanquam ἐκτὸς τ. πρ. λέγειν nemo dixerit. De prava oratorum consuetudine, quam noster h. l. tangit, vid. Spalding. ad Quinctil. II, 16, 5. Schoemann. in libro: *d. Att. Process* pag. 718. Cf. Demosthen. de cor. p. 228, 7 sqq. in Mid. p. 521, 22 sqq. in Neaer. 1347, 5.

2. εἰσιόντων] Cf. 4. Verba εἰσιέναι, εἰσέρχεσθαι, εἰσάγεσθαι quum de litigantibus, et accusatore et reo, tum de ipsa causa solennia. Meier et Schoemann. *Att. Process* p. 30 et 706 in notis. Buttmann. ad Demosth. in Mid. in ind.

πάντων ἀτοπώτατον] Conieceris τὸ πάντων ἀτοπώτατον. Verum

non opus est. Articulum Graeci ante superlativum fere omittunt, ubi Germani aegre illo careamus. Herodot. IV. 132: κακίστους καὶ ἀνανδροτάτους κρίνουσιν εἶναι ἁπάντων ἀνθρώπων. Menand. apud Lucian. Amor. *T.* V. p. 306: νόσων χαλεπώτατος φθόνος. Exempla ubivis obvia.

τὴν ψῆφον φέρειν] 37, 4. n.

3. ὑπὲρ ὧν μὴ βούλεσθε] Recte Reiskius γνώμην ἀποφήνασθαί τινα suppleri iubet. [Cf. Xenoph. Hell. II, 3, 19: ἔλεγεν ὅτι ἄτοπόν οἱ δοκοίη εἶναι — βουλομένους τοὺς βελτίστους τῶν πολιτῶν, κοινωνοὺς ποιήσασθαι τρισχιλίους. Hier. XI, 10: ἐξείη ἄν σοι ἕνεκεν ἀσφαλείας, εἴ ποι βούλοιο, θεωρήσοντι πορεύεσθαι. Cf. annot. m. ad Dionys. historiogr. p. 117 s. et p. 286. Kr.] — Ceterum negationi μή suus locus post relativa participiaque, si conditio inest, neque in re, sed cogitatione positum quid significatur. Cf. 3, 3. 5. 11, 9. n. Hermann. ad Viger. p. 805. Buttmann. gr. Gr. §. 135, 2, e et f. Matth. §. 608. 5. c.

γνώμην] Z et X τὴν γν. cf. ad 4, 1. Articulus hic plane alienus, licet diversi sint generis ea, quae Krügerus ad Xen. an. I, 6, 9 contulit. Vid. not. ad 26, 1.

4. τὸ ἐν Ἀρείῳ πάγῳ συνέδριον] Vid. ad 13, 1.

[ἁλισκομένοις] perfecti significatione, ut Thuc. I, 23. Herod. V, 124. Cf. ind. m. ad Xenoph. Anab. in v. Kr.]

5. καὶ ὑμᾶς] Constructio est: πρὸς ὃ ἀποβλέποντας δεῖ καὶ ὑμᾶς μὴ ἐπιτρέπειν. Ne καί ab ὑμᾶς constructione disiungas. De re vid. *d. Att. Process* p. 719.

εὐορκοτάτην ψῆφον] Pinzgeri emendatio, τήν inserentis, plane mihi probatur. Vid. not. ad 1, 1. et 4, 1. Saepissime factum est, ut propter similitudinem antecedentis syllabae articulus absorberetur.

ἀδύνατον — τὴν ψῆφον] Haec et Heinrichio et Bekkero delenda videntur, aliisque offensioni fuerunt. Equidem nihil video difficultatis, modo illa ἄνευ τοῦ λόγου recte intelligas, quae Pinzgerus non male, neque tamen satis accurate explicavit. Nam ὁ λόγος h. l. est natura rationesve causae, earumque expositio. Ita Demosth. in Leochar. 1089, 28 sq: ὁ μὲν τοίνυν τοῦ πράγματος λόγος καὶ τὸ ἁπλοῦν δίκαιον etc. De quo loco vid. Reisk. ind. Demosth. v. λόγος. Cf. Plat. Phaedr. 245, c: ψυχῆς οὐσίαν τε καὶ λόγον. Ibi enim λόγος vis ac natura est animi, quatenus cogitatione comprehenditur ver-

bisque definitur; *οὐσία* autem natura absolute et per se posita. — Denique de particula *γάρ* in binis et ternis deinceps enunciatis poni solita vid. 12, 5. 24, 1. 32, 3. nn.

Cap. V.

2. *ἐν ὑμῖν αὐτοῖς*] Notum est *αὐτός* saepe poni pro *μόνος*. V. 6, 3. n. Sed h. l. vi reflexiva potius *ὑμῖν αὐτοῖς* iuncta sunt; *μόνοις* vero cum vi quadam omissum. Evincitur hoc oppositis verbis: *παρὰ πᾶσι τοῖς Ἕλλησιν*. Cf. Demosthen.Lept. 62 (p. 72) ed. Fr. A. Wolf.: *ὃν μὲν οὖν τρόπον, ὑμᾶς ἔχων, πρὸς ἅπαντας Πελοποννησίους παρετάξατο*. Vid. Wolf. ad h. l. (p. 292); infra ad 30, 14. Eadem ellipsis passim apud Latinos obvia, v. c. Tacit. Germ. 11: De minoribus rebus principes consultant, de maioribus omnes. Ceterum similia ad iudicum fidem et severitatem excitandam apud alios quoque leguntur oratores. Cic. in Verr. I, c. 16. nunc autem homines in speculis sunt et q. s. Dinarch. p. 4. Reisk., ubi vid. Schmidt. et Muret. var. lect. II, 7.

παρὰ πᾶσι τοῖς Ἕλλησιν ἔσται λόγος] ante haec subaudi *περὶ τούτου*. Nam quod praecedit, *περὶ τούτου*, ad *βουλεύσησθε* pertinet.

3. *τε γάρ*] *τέ*, quod in omnibus MSS., cum Osanno et Pinzgero recepi. Schaeferus: »*σοί τε γάρ* i. e. *καὶ γάρ σοί*. V. not. ad Dionys. Halic. de compos. verbi p. 408.« »Nempe ut Latini namque dicunt. *Τέ* illud non copulat, sed lenius affirmat quam *τοί*, unde natum est, ut Germanice per *ja* vel *wohl* exprimi possit.« Hermann. ad Soph. Trachin. 1015 (1019 Brunck.).

ἐπαγγελίαν] Non iniuria Taylori coniecturam *ἀπαγγελίαν* cum Heinrichio praeferas. Haec ubique confunduntur. V. Dorvill. ad Charit. p. 413. 551 ed. Lips. Wesseling. ad Diod. IV, 1. XIII, 32. Quamquam verbum quidem *ἐπαγγέλλειν* significatione referendi, tradendi, passim reperitur, v. c. Plutarch. de animae procreat. *T. X*, p. 267 Reisk.

τὴν πόλιν τὴν τῶν Ῥοδίων] Vid. not. ad 20, 2.

τῶν ἐμπόρων τοῖς ἐπιδημοῦσιν ἐκεῖ] Variata constructio neminem hodie offendet. De re vid. Osann. et Pinzger. ad h. l.

ἀπήγγελλον] cum Bekkero ex A damus. Cf. 6, 3. n. 20, 3. n. Vid. Buttmann. gr. Gr. max. vol. II. p. 61.

οἷ ἴσασι] Heinrich. καὶ ἴσα. Sed quum in laxioribus enuntiatorum copulationibus plerumque Graeci coniunctiones praeferant, tamen et relativi usus in talibus pro ingenio cuiusque scriptoris non ita rarus. Cuius rei, ut plura non afferam, exemplum exstat 4, 5. Cf. 33, 2. n. Addend. et Corr. ad 6, 2.

διαπεπραγμένοις] »malim πεπραγμένοις.« I. Bekker. Caussam non assequor. Recte enim Reiskius in ind. Demosthen.: »διαπράττεσθαι, [medium aeque atque activum διαπράττειν. Bl.] perficere, praesertim de turpibus, clandestinis et malitiosis machinationibus«; quare h. l. turpitudinis certe notionem inesse puto. Cf. 21, 1. Demosth. in Mid. p. 550 s. fin. (32, 3): καὶ πᾶν ἂν ὑποστὰς εἰπεῖν καὶ διαπρᾶξαι. Nam quamquam in editis adhuc legebatur πρᾶξαι, ego tamen optimorum MSS. auctoritatem sequi non dubitavi. Cf. ibid. p. 567. (44, d.).

4. τούτου πλεῖστον] libri τούτῳ. Bekkerus Reiskii coniecturam recepit, quam et ipse amplector. Nulla enim, quae adhuc proposita est, vulgaris scripturae explicatio satisfacit; Pinzgeri quidem interpretatio speciosa admodum est; refert enim ille τούτῳ ita ad ᾧ quod praecedit, ut superlativum πλεῖστον pro comparativo positum esse censeas. V. Matth. Gr. §. 462. Enimvero exempla proferre debebat, quibus, ᾧ — τούτῳ pro ὅσῳ — τοσούτῳ usurpari, probaret; ut nihil dicam de languore verbi ἀμελεῖν nude positi hoc loco vix tolerabili.

5. διὰ τέλους] non est usque ad finem, sed constanter, continenter, idem fere quod διὰ παντός (Demosth. de cor. 301 l. 20.). Xen. an. VI, 9 (4), 11. ibique Krüger.

ὀργίζεσθε] Vulgo ὀγίζησθε, quod in ZX et P quoque, ut inde colligas, quod Bekkerus de hoc codice nihil notavit. Ad vulgarem scripturam proxime accedunt B, pr. L. et Melanchthon ὀργίζεσθε exhibentes; ex quibus illam, quae grammaticae regulis repugnat, correxi. Matth. §. 516, 3. — Bekkerus ex A ὀργίζεσθαι, ut Osannus. Sed intercepto structurae tenore potior coniunctionis adversativae, ἀλλά, vis exsistit. Heinrichius quoque ὀργίζεσθε dedit, sed idem paullo ante ἄχθεσθαι, ab omnibus codd. munitum, in ἄχθεσθε mutavit. [Similes locos passim reperias veluti apud Herod. I, 131: Πέρσας δὲ οἶδα νόμοισι τοῖσδε χρεωμένους· ἀγάλματα μὲν καὶ νηοὺς καὶ βωμοὺς οὐκ ἐν νόμῳ ποιευμένους ἱδρύεσθαι, ἀλλὰ καὶ τοῖσι ποιεῦσι

μωρίην ἐπιφέρουσι. Cf. annot. m. ad Xenoph. Anab. II, 3, 10. Kr.]

Cap. VI.

ἐψηφίσατο ὁ δῆμος] De hoc psephismate vid. infra ad **11, 2.**

παῖδας μὲν καὶ γυναῖκας] Vid. ad 1, 2.

κατακομίζειν] Id modo fiebat maximis periculis, subitaque hostium incursione imminente. Cf. Demosth. de cor. 238, 15. de falsa legat. 379, 25. Thuc. II, 13. Verbum κατακομίζειν, de rebus, quae ex agris in urbem deportantur et convehuntur, fere solenne (vid. Demosth. ll. cc.), notam illam verborum κατέρχεσθαι, κατάγειν sequi videtur analogiam. Vid. 30, 14. n. Fortasse tamen et propterea κατακομίζειν dicitur, quod urbs propius, quam agri partes pleraeque, mare adiacebat. Sic statim 2: ἐπὶ τὸν λέμβον κατεκόμισε.

τῶν Ἀθηναίων καὶ τῶν ἄλλων τῶν οἰκούντων Ἀθήνησι] Genitivi, quem cave ad φυλακάς referas, rationem explicant. Matth. Gr. §. 323b. Buttmann. §. 119, 4, 2, c. Cf. 36, 3. n. Quod autem additum est καὶ τῶν ἄλλων τ. οἰκ. Ἀ., hoc non tam ex **11, 7** explicandum, quam eo, quod non solum metoeci, praecipue ad ipsam urbem defendendam, militabant, sed etiam hospites ac peregrini, qui ne stabile quidem domicilium Athenis haberent, quum res posceret, ad arma cogebantur. Vid. Boeckh. oeconom. reipubl. Athen. I. p. 279. 280 sq. 285 sq. — Pro Ἀθήνησι, quod vulgo legitur, scripsi Ἀθήνησι. V. Buttm. Gr. §. 103, 3 in notula.

2. ἐπὶ τὸν λέμβον] Maior quaeque navis lembum vel plures lembos secum habet, per quos, illa extra portum in ancoris commorante, commercium cum oppidis continuatur. Extra portum autem et circa litus naves tum navigatione confecta, antequam in portum admittantur, tum ex portu eductae, antequam vela dent, in ancoris esse solent.

ἐξορμούσης] Hanc Taylori coniecturam cum Bekkero et Heinrichio recipere non dubito. Vulg. ἐξορμώσης.

τῆς πυλίδος] Ita κατ' ἐξοχὴν veluti proprio nomine subsidiaria quaedam appellabatur portula, medio litore a latere exstructa, et qua non exibant, qui portum peterent. Cf. **14, 1.** Vid. Osann. ad h. l. Meurs. Athen. Attic. lib. III. extr. (p. 184.).

ἔρημον] V. 11, 4. n. Accentum nolui mutare, quamquam non immemor grammaticorum praecepti, ἐρῆμος, ὁμοῖος, ἑτοῖμος scribi iubentium. Vid. Im. Bekkeri praefat. ad Thucydid. ed. Oxon.

κατέλιπεν] »nonne verius κατελειπεν?« Bekker. Immo aoristus fere plusquamperfecti habet vim. Buttmann. Gr. §. 124, 3. Matth. §. 497, not. Quum enim vela in altum darent, urbs derelicta iam erat.

οὔτε τὴν ἀκρόπολιν] »οὐδὲ Heinrichius, quod non sufficit loco perpurgando.« Bekker. — »Admisit h. l. Lycurgus anacoluthon, verbum finitum ἐφοβήθη inferens pro participio, seductus, ut videtur, illis participiis ἀφορῶν καὶ προδιδούς.« Pinzger. Hic verum vidit. Cf. 33, 1. n. Nihil igitur mutandum.

τοῦ Διὸς τοῦ Σωτῆρος καὶ τῆς Ἀθηνᾶς τῆς Σωτείρας] Cf. 35, 2. 3. Xen. anab. III, 2, 9. IV, 8, 25. Templa hi habebant in arce Cecropia. De duobus articulis vid. 20, 5. n.

ἀφορῶν] Ἀφορᾶν aut est e longinquo aliquid prospicere aut oculos avertere, *wegblicken*, i. e. tergum vertere, averti. Posterius huic loco maxime conveuire videtur. Sed obstant accusativi praegressi; nam ἀφορᾶν τι dubito an nemo hac significatione dixerit. Quare alteram illam verbi potestatem hoc loco obtinere arbitror.

σώσοντας ἑαυτὸν] V. excurs. III. Libri σώσαντας, sed Taylori emendationem Bekkerus cnm aliis recepit. Vid. Hermann. ad Viger. 774.

ἐπικαλέσεται] Cf. 36, 3. Exempla, quibus probaret, etiam Atticos communiore futuri forma esse usos, Lobeckius collegit ad Phrynich. p. 746. — Futuro autem indicativi Graeci post relativa solent uti, etiam ubi futurum periphrasticum praeteriti Latinis ponendum. Quod tironum gratia monemus, ne h. l. de iudicii periculis cogitent. Pericula enim, propter quae Leocrates auxilium eorum erat imploraturus, itineris illa fuerunt ac navigationis. — Quae, praecedentibus praeteritis, futuri est ratio post relativa, valet eadem post particulam ὅτι, εἰ et al. Xen. Agesil. 1, 37. anab. V, 2, 26. 6, 34. Pari modo praesens quoque indicativi post praeterita ponitur. Xen. an. V, 2, 17. Vid. Krüger. ad I, 3, 21. 9, 28; infra 20, 2. n. Cernitur et in hoc usu mos ille cogitata e praeterito in

praesens tempus transferendi vel ex oratione obliqua transeundi in rectam. V. Hermann. ad Vig. 905. Cf. not. ad 8, 9.

3. καὶ ἀφικόμενος] »Abundare haec videntur.« I. Bekker. Immo vid. not. ad 1, 2., atque interpretare: *nachdem er gelandet und nach (der Stadt) Rhodos gekommen war.*

ἀπήγγελλεν] Ita Bekker. ex ALP et correcto B. Cf. 5, 3. n. 20, 3. n. Imperfectum crebram nuntiationis repetitionem, qua Leocrates male sibi conscius fugae ignominiam et turpitudinem obtegere studuerit, aptissime significat. Aliter tamen Buttmanno est visum. Vid. gr. max. vol. II. p. 61.

τὸ ἄστυ τῆς πόλεως] ipsa urbs Opponitur statim Piraeeus, qui et ipse est τῆς πόλεως. Xen. Hellen. I, 4, 13: ὅ τε ἐκ Πειραιῶς καὶ ὁ ἐκ τοῦ ἄστεος ὄχλος.

Πειραιέα] Heinr. Osann. et Pinzger Πειραιᾶ dederunt. »Codd. et Reisk. Πειραιέα, quod Atticorum non est: v. Pierson. ad Moerid. p. 314. (et p. 6. Bl.).« Osann. Adde Gregor. Cor. ed Schaef. p. 163 ibique not. Grammatic. Meermann. in appendice ad Gregor. Cor. p. 647. Maittaire dial. Att. 27, b. Attamen sine codd. equidem mutare vulgatam non ausim. Vid. Buttmann. Gr. max. §. 53, not. 1.

αὐτὸς δὲ μόνος] »Per se αὐτός est μόνος, ab aliis seiunctus. V. Hemsterhus. ad Lucian. T. I. p. 230. [Cf. Cic. Mil. c. 34 (§. 93) sine me ipsi. Bl.]. Sed nonnunquam utraque vox coniungitur, praesertim quum vim quandam sententia habet. Exempla dabit Abresch. in Thucyd. T. II. p. 223. Frequentius Latine iuncta leguntur unus et solus.« Fr. A. Wolf. ad Lept. p. 303. Cf. 35, 5. n. Plat. Gorg. 500, b. Eur. Phoen. 1235 sq. Xen. Cyrop. III, 3, 38. Tacit. German. 37: in ipso solo vertice.

4. τριήρεις] »naves longas, bellicas, instruebant, quibus τὰ πλοῖα, naves onerarias, mercatorias, tam nostratum, Atheniensium, quam alias aliarum, depraedarentur et in portum suum deducerent vi captas « Reisk. Vid. ind. v. κατάγειν. Quippe Rhodii, hoc nuntio elati, maris imperium usurpabant.

ἐξαιρεῖσθαι] Vid. ind.

διὰ τοῦτον] In Z X et pr. P est τούτων, L τοῦτων. Illud Osannus recepit, addens: »nempe scripsisset, credo, Lycurgus διὰ τουτονί.« Meliora docere debuerunt loci 5, 1. 2. 6, 5. 9, 1 et al., nisi forte ubique ι illud demonstrativum appingendum est. Διὰ τοῦτον, propter hunc, est i. q. huius culpa. Vid. 19, 4. n.

5. ἀναγνώσεται] »Int. ὁ γραμματεύς, qui oratoribus semper praesto erat in foro iudiciisque, ut illorum iussu publicas tabulas et instrumenta causarum quaevis recitaret. Inde perpetua haec ellipsis.« F. A. Wolf. ad Lept. p. 244. Cf. 8, 4. 19, 2. Vid. *d. Att. Process.* pag. 717. — Interdum tamen diserte scriba memoratur. 11, 2. 30, 4. 10.

ἐν τῷ τόπῳ τούτῳ] i. e. Ἀθήνησιν.

φεύγοντα καὶ ἐκπλεύσαντα] Bekkerus aliique φυγόντα. »Φυγόντα Fr. Aug. Wolfius Lept. p. 277: libri φεύγοντα.« Im Bekker. At vide not. ad 13, 1.

ἔπειτα] Vid. 30, 8. n.

ἀπήγγελλε] Ex A B L recepit Bekkerus pro vulg. ἀπήγγειλε. Vid. Buttm. gr. Gr. §. 124, 2 et 4. Matth. §. 497.

ἴσασιν] omittunt A B L P Z.

κατηγοροῦντα] V. 13, 1. n. κατηγορεῖν saepe nihil est nisi contra aliquem edicere aliquid ita ut actionis in foro notio absit. V. ad 34, 2.

ὡς καὶ μεγάλα καὶ βλάβους εἴη] Locus corruptus. Pinzgerus, Passovio auctore, legendum censet αἴτιος βλάβους pro καὶ βλάβους. [Nescio quo modo interpretatus accusativum μεγάλα. Nihil dicam parum aptam verborum collocationem. Kr.] Osannus coniecit καταβλαβείς, de qua forma vide Ephemerid. liter. Ienens. 1826. Num. 173. p. 418, 19. Vir doctus in censura editionis Pinzgerianae (Ephem. lit. Ien. 1827. Nr. 78. p. 138), subtiliter de hoc loco disputans, scribi vult διὰ βλάβους. Vide Matth. Gr. §. 580, c. Non enim id agit orator, ut alios Leocratis fuga damno affectos esse, sed fugisse illum, et perfido fugisse consilio, non mercaturae causa profectum, demonstret. Quod probaturus illamque commercii simulationem detecturus efficaciori argumento uti poterat nullo, quam si suo ipsum detrimento aufugisse ostenderet, desertis quaestuosis in urbe negotiis. Ac revera ad idem revertitur argumentum 14, 4 s. fin.

τὴν πεντηκοστὴν μετέχων αὐτοῖς] Cf. 14, 4. Πεντηκοστή portorium fuit, quod quinquagesimam mercium partem pretio aequabat, hominibusque privatis (πεντηκοστηλόγοι, πεντηκοστεύοντες) locabatur. Pinzger. ad h. l. Boeckh. oecon. reip. Athen. p. 337. Quorum socius Leocrates partem aliquam negotii gesserat. Quam quum fuga repentina et inopinata deseruisset, ceteri damno affecti sunt.

Hi plurali αὐτοῖς significantur. »Saepissime enim et Graeci et Latini et Germani et ceteri, arbitror, omnes ita loquuntur, ut, quum unum aliquem nominent, tamen plures cogitent, ex quibus ille est, ac proinde in reliqua oratione, quae non necessario ad illum unum, sed ad ceteros simul pertinent, plurali efferant.« Schoemann. observat. in Thucyd. loc. quosd. difficiliores. Gryphiswald. 1824. p. 12. Accusativus denique, τὴν πεντηκοστήν, pro vulg. τῆς πεντηκοστῆς exstat in omnibus MSS., positusque est ab Osanno, Bekkero, Pinzgero. Quae constructio ne quem offendat, conferendus locus Aristophanis Plut. 1144: οὐ γὰρ μετεῖχες τὰς ἴσας πληγὰς ἐμοί. Vid. Poppo ad Thuc. p. I. vol. 1. pag. 131. Matth. gr. Gr. §. 325, n. 2. (p. 633 sq.). Denique Osannus ex lexico ad Philem. gramm. a se edito, pag. 253, affert locum Demosthenis μετέχοντες τὴν αὐτὴν δόξαν τοῖς Λακεδαιμονίοις.

CAP. VII.

1. ἀναβαίνειν] Lex iubebat testimonia perscribi, perscripta in iudicium afferri. Ibi scriba publicus ab oratore provocatus testimonia legebat, ad quae confirmanda testium aut tacita assensione aut certa comprobatione opus erat. Hi igitur et ipsi inter legendum adsunt et quo magis sint conspicui, per praeconem excitati, suggestum oratoris conscendunt (vid. 37, 1. n.). Proinde ἀναβαίνειν et ἀναβιβάζειν in hac re verba propria. Vid. *d. Att. Process* p. 675—77. Cf. 387 sq.

βραχέα] A B βραχεῖα. Vid. Buttmann. Gr. max. §. 62. n. 3. Matth. Gr. §. 119b. n. 1. Hermann. ad Soph. Trach. 122.

παρασκευάς] vid. ind.

τῶν ἐξαιτουμένων] Ad testes hae deprecationes spectant in fraudem inducendos. Iisdem etiam ad iudicum animos inflectendos uti solebant. Vid. *d. Att. Process* p. 719. Infra 35.

ἢ ἀμνημονεῖν] i. e. ut simularent et praetexerent, se non meminisse. Forsitan ex sequenti πρόφασιν subauditur προφασίζεσθαι. Quanquam interpositum ἢ μὴ ἐλθεῖν huic rationi obstare videtur. Μή, quod vulgo ante ἀμνημονεῖν est, Bekkerus secundum A B delevit. Idem iam Stephanus, Scaliger et Taylorus senserant. — Etiam ea testimonia, quae qui citati essent recusassent, perscripta

tamen actores afferre solebant, ut, si etiamnum illi in recusatione persisterent, vel ἐξωμοσίαν iis deferrent vel κλήτευσιν in eos intenderent. Vid. *d. Att. Process* p. 677 sq.

2. λείπειν τὴν τάξιν ταύτην] i. e. hoc officium deserere. Translatione utitur, Leocratem simul perstringens. Cf. 37, 2 extr.

λαβόντας τὰ ἱερά] tangentes victimas in ara positas. Dionys. Halicarn. III, 18: ἱερὰ θύσαντες ὤμοσαν ἐπὶ τῶν ἐμπύρων (ἔμπυρα Hesych. explicat τὰ καιόμενα ἱερά). Id. libr. V. init. ὅρκια τεμόντες αὐτοί τε πρῶτοι στάντες ἐπὶ τῶν τομίων ὤμοσαν. Virgil. Aen. XII, 201: Tango aras mediosque ignes et numina testor. Demosth. c. Conon. p. 1265, 6: πρὸς τὸν βωμὸν ἄγοντες καὶ ἐξορκίζοντες. Cf. Cic. pro Balbo 5: Athenis, aiunt, quum quidam apud eos, qui sancte graviterque vixisset, et testimonium publice dixisset, et, ut mos Graecorum est, iurandi causa ad aras accederet etc. Cf. Liv. XXI, 1. Appian. Hispanic. 9. Vid. praeterea Hauptmann. ad h. l. Mosellan. ad Gell. noct. Att. I, 3. Reisk. in ind. ad Demosth. v. βωμός. *D. Att. Process* p. 676. Xylander. ad Plutarch. Themistocl. p. 471 R. et Pericl. p. 654.

ἐξομόσασθαι] i. e. eiurare testimonium. Demosth. in Neaer. p. 354, 3 sq.: καὶ ἀναγκάσω μαρτυρεῖν ἢ ἐξόμνυσθαι κατὰ τὸν νόμον, ἢ κλητεύσω αὐτούς. Vid. *d. Att. Process* p. 388.

μηδέτερον] i. e. ἐὰν μήτε ἀποδιδῶσι τῇ πατρίδι τἀληθῆ καὶ τὸ δίκαια (s. ἐὰν μήτε μαρτυρῶσι) μήτε ἐξομνύωνται.

κλητεύσωμεν] Qui a praecone excitati, testimonia dicere recusabant neque eiurare volebant, illi ἐκλητεύοντο, i. e. per eundem praeconem rite edicebatur, eos, ni alterutrum fecissent, mille drachmis multatum iri. Κλητεύειν igitur et praeco et actor, cuius iussu ille hoc pronuntiat, dicitur. Vid. *d. Att. Process* p. 388 sq. — Ceterum Taylori coniectura κλητεύσομεν supersedere posse videmur.

Cap. VIII.

1. ἐπειδὴ χρόνος ἐγένετο] »Aoristo, ni fallor, praestat imperfectum.« I. Bekker. At cf. Herodot. I, 73: χρόνου γενομένου. Item Diodor. XX, 109. Χρόνος sine pronomine aut quantitatis

nota haud infrequens est, cum vi quadam positum. Vide 24, Eur. fragm. v. 3. n. Ducker. ad Thuc. II, 18.

. ἢ πέντε ἔτη] Cf. 14, 2. 36, 5. nn.

προστάτην] Harpocratio: οἱ τῶν μετοίκων Ἀθήνησι προεστηκότες προστάται ἐκαλοῦντο. Ἀναγκαῖον γὰρ ἦν ἑκάστῳ τῶν μετοίκων πολίτην τινὰ Ἀθηναίων νέμειν προστάτην. Eundem morem etiam apud Megarenses obtinuisse ex h. l. discimus. Cf. Demosthen. c. Aphob. III. p. 845, 19. sq.

ἐκ γειτόνων] Ita codd. omnes. Vulg. ἐς γ. quod Bekkerus ceterique correxerunt. »Ἐκ γειτόνων adverbii vicem gerens Terentii e vicinia, exadversum (hoc falsum. Bl.) sive prope significat. Aristides Panath. T. I. p. 138 Iebb.: ἔτι δὲ εἰ μὲν περὶ μηδενὸς ἀξίων πραγμάτων, ἢ περὶ ὧν ἐκ γειτόνων ἐστὶ τὰ παραδείγματα, τὴν ἐξέτασιν — ἐποιούμεθα. Cf. Aristophan. Plut. 435. Lysistr. 701 Invernizz.« Osann. »Vide Schaeferum ad Bos. Ell. gr. p. 296. 342.« Pinzger.

2. αὐτοῦ κατεγνώκει ἀΐδιον φυγήν] Horum in interpretatione ne quis lepido Pinzgeri errore decipiatur, v. ind. vv. καταγιγνώσκειν et ἀΐδιος.

τῶν φίλων] Hoc Bekkerus ex optimis A B adscivit; vulgo τὸν φίλον. Herodot. VI, 114: ἀπὸ δ' ἔθανε τῶν στρατηγῶν Στησίλεως ὁ Θρασύλεω. Matth. Gr. §. 321, 6. Cf. ad 6, 1. 36, 3.

Ξυπεταιῶνα] Ξυπέτη unus ex Atticis demis, seu populis; inde hoc nomen gentile. Libri Ξυπετεῶνα. »Hic populus frequentius scribitur Ξυπεταιών. Peccant librarii saepenumero in istis vocabulis. Ξυπεταιών in Marmore Sandvicensi l. 8. Vid. Not. 60. Taylor. Vid. Boeckh. oeconom. reip. Ath. vol. II. p. 216 et quae A. G. Bekker. et Pinzger. ad h. l. contulerunt. Itaque Osann. (quem vide etiam in addendis p. 158) I. Bekker. et Pinzger. Ξυπεταιῶνα, A. G. Bekker. male Ξυπεταίωνα.

παρ' αὐτοῦ] I. Bekker. tacite αὑτοῦ. Itidem mox αὑτῷ ἀποδοῦναι, §. 8 συμφεύγειν αὑτῷ Vid. excurs. III.

καὶ ἀπὸ τούτου] Vulgo ἐπὶ τούτοις. »Quod dedimus, debetur codici A, eodem ducentibus B (qui nobis X est. Bl.) et Vrat. (Z) καὶ ἀπὸ τούτοις. In Hamb. enotatum ταλάντου ις, quod posterius perperam lectum pro καί esse videtur.« Osann. I. Bekkerus ἀπὸ quidem ex omnibus et τούτου ex A dedit; sed sine καί, neque

quidquam de particula notans. Qua addita, multo expeditior structura. Addiderunt Heinrichius quoque et Pinzgerus. Accusativum τὴν οἰκίαν ne disjunge ab altero τἀνδράποδα. Cf. infra 5. —

τοὺς ἐράνους διενεγκεῖν] Ubi quis aere alieno premeretur aut inopia etiam aliter laboraret, ad amicos erat paratum refugium; qui, quod poterant, conferebant, ut eum liberarent et sustentarent. Ac dabatur ἐλεημοσύνη non repetenda; ἔρανος vice mutui ad tempus conferebatur reddituris, quum in re meliori esse coepissent. Deinde honestioribus ἔρανος usurpatus, ἐλεημοσύνη in tenuiores erogata. Ac fuere Athenis societates mutui huius officii causa initae, ἐράνων nomine et ipsae appellatae, sicuti ἐρανισταί vocabantur, qui ex illo numero erant. Vid. Salmas. de usuris cap. III. Reitz. ad Lucian. vol. IX. p. 429 sq. ed Bip. Boeckh. oeconom. reipubl. Athen. T. I. pag. 264 sq. Taylor. et Hauptmann. ad h. l. Διενεγκεῖν est i. q. διαλύσασθαι ἐράνους, dissolvere, reddere debita, erani nomine, quem ab amicis quis collegit, contracta.

3. ὁ Ἀμύντας] Articulum I. Bekkerus ex A B L P Z addidit. Eundem suggessit Hamb. Vid. Osann. cf. ad 5.

θέμενος παρὰ Λυσικλεῖ] i. e. quum pactum illud literis consignatum apud Lysiclem deposuisset. Mos enim erat, ut, quum pactio talis inter aliquos convenisset, fidei causa syngrapha apud civem deponeretur. *D. Att. Process* p. 501. 516.

λόγον] Vide ad 15, 1.

παρειχόμην] I. Bekkerus ἂν ante αὐτόν, A. G. Bekkerus ante παρειχόμην inserendum coniecerunt. Vid. de constructionis ratione Buttm. gr. §. 126, 9, 4). Matth. §. 508, b. Quo in genere rarior paullo, sed tamen apud optimos scriptores obvia est omissio particulae ἄν. Vid. ad Xenoph. anab. et quidem Bornemann. ad VII, 6, 9. Krüger. ad VI, 4, 25. Poppo ad VII, 6, 21. Id. ad Cyrop. V, 5, 22. Bremi ad Lys. excurs. IV. Hemsterhus. ad Lucian. T. III. p. 373 ed. Bip. Cf. Zumpt. gr. Lat. §. 77. not. 1. Ramshorn. gr. Lat. §. 190 p. 585. Cic. Mil. 12: Atqui Milone interfecto Clodius hoc assequebatur. Cf. ad 21, 2.

νῦν δέ] Heinrichius, I. Bekkerus et Pinzger. ex A B νυνὶ δέ. Sed νῦν retinendum putavi. Vid. ad 2, 1. Etenim νυνί ad tempus solum idque praesens solet referri (Wolf. ad Lept. p. 242.);

νῦν δέ potius rerum statum ac conditionem significat. Quanquam apud Demosth. in Mid. p. 556 (§. 129 Bekker.) νυνὶ δέ etiamnum legitur eadem significatione. Sed ibi quoque νῦν δέ malim, quod certe in Paris. r. exstat. Καλῶ est futurum Atticum. Cf. ad 6, 2.

5. καί μοι λέγε] Vid. ad 9, 1.

Ἀμύντας] ὁ Ἀμ. Z. Inde Heinrich., Osann., Pinzg. articulum rec. At abest statim 6 et 7, ut uni Z equidem obsequi non audeam.

6. Φιλόμηλος Χολαργεὺς καὶ Μενέλαος] De his nihil amplius constat. Creditores fuere Leocratis. Χόλαργος pagus Atticae.

7. Λαβὲ] »Λαβὲ tandem rescribendum iudico, flagitante ipso Attico usu, quem, a grammaticis antiquis uno consensu praeceptum, si nostri homines ideo neglexerunt, quod in MSS. ubivis (?) λάβε sibi offerri animadverterent, non cogitasse videntur, MStis, nisi vulgaribus multo antiquiores sunt, paullum (corr. parum. Bl.) ne dicam nihil in decernendis istius generis rebus tribuendum esse: praeterea in MSS. constanter λάβε ferri, nil mirum, quum hanc vocis modulationem auctoribus dialecti communis propriam fuisse diserte tradatur. Buttm. gr. Gr. max. §. 103. T. 1. p. 463 sqq. Adde Arcad. de accent. p. 148, 26. Osann. Haec prorsus etiam nostra sententia. Eadem ratione Heinrichius ubique ductus est. Qua de re semel monitos lectores volo. Cf. Schaefer. ad Gregor. Cor. 57. Piers. ad Moer. v. ἰδέ. Schol. Plat. de rep. 7 p. 179 ed. Ruhnk. — Schol. ad Hom. Il. I, 85. Bekker. vulg. semper retinuit.

τὴν Τιμοχάρους] A τὴν τοῦ Τιμοχάρους. Quod si quis malit, facile assentiar. V. 6, 2. 20, 5. nn.

τοῦ πριαμένου] Vid. Buttm. gr. Gr. §. 101. h. v.

8. τῶν μὲν μαρτύρων] μὲν Bekk. ex A inseruit. Abesse tamen potuit. V. 37, 1. n.

τουτονὶ Λεωκράτην] Cf. 11, 4. Sic nominibus propriis iunguntur pronomina demonstrativa, non addito articulo, ubi res personave ob oculos versans significatur. Οὑτοσὶ Λεωκράτης est *Leokrates hier.* Accuratius de hac re atque de eo, quod inter positum et inter omissum articulum interest, disputatum in Animadversionibus ad Popponis de locis quibusdam Thuc. indic. pag. 1 sqq.

ἐξήρκεσε] supple. αὐτῷ. Cf. infr. 9.

τὸ ἑαυτοῦ] Cf. 31.: ἐν τῷ ψηφίσματι τῷ Διοφάντου. 10, 3: ταῖς παρασκευαῖς ταῖς τοῦ λόγου. Vid. ad 11, 2. 20, 2. 35, 3.

τὰ ἱερὰ τὰ πατρῷα] spectant ad **deos penates**, quorum sacrarium in interiore aedium recessu erat exstructum. Quae sacra Leocrates, domo vendita, Megara transmigrare iussit. Cf. 11, 4. Certe aliis locis relinquere penates dicuntur, qui sedem ac domicilium mutant. Liv. XL, 38. Leocratem orator secum illos abduxisse facit, et facit artificiose. Nam mox ita fere pergit, quasi omnes deos patrios et tutelares ille exportaverit, opeque eorum, quantum in ipso quidem situm, rempublicam privarit. Ceterum πατρῷα pro πάτρια posita esse dicas, ac 14, 2 τὰ ἱερὰ τὰ πάτρια vocantur. At enim et πατρῴοις θεοῖσιν modo exstat et ipsa τὰ πατρῷα ἱερά statim recurrunt (τὴν ἐπωνυμίαν τῶν πατρῴων ἱερῶν). Vide Osann. ad h. l. et not. ad §. 9.

τοῖς ὑμετέροις νομίμοις] Particulam καί, quae vulgo ante νομίμοις est, Bekkerus cum cod. A recte sustulit. Vide ad §. 9.

ἱδρύσασθαι] »An ἱδρῦσθαι?« **I. Bekker.** Immo vero locus integer. Constructio est variata. Infinitivi enim συμφεύγειν, ἱδρύσασθαι et εἶναι quum omnes a verbo ἠξίωσε pendeant, subiecta mutantur. Quippe αὐτὰ ad συμφεύγειν et εἶναι pertinet; ad ἱδρύσασθαι ipse Leocrates est subiectum, quod inest in verbo ἠξίωσε. Cf. Xenoph. anab. VII, 3, 3: ἢν δὲ κρατήσαντες τούτου ἐκεῖσε ἔλθωμεν, οὔτε πωλήσειν ἔτι φησὶν (ὁ Ἀρίσταρχος) ὑμᾶς, ὥςπερ ἐν Βυζαντίῳ, οὔτε ἐξαπατήσεσθαι ἔτι ὑμᾶς, ἀλλὰ λήψεσθαι μισθόν, οὔτε περιόψεσθαι ἔτι, ὥςπερ νυνί, δεομένους τῶν ἐπιτηδείων. Vid. Poppo ad h. l.

9. οἱ μὲν πατέρες ἡμῶν] A ὑμῶν, quod Bekk. rec.

τὴν Ἀθηνᾶν ὡς τὴν χώραν εἰληχυῖαν, ὁμώνυμον αὐτῇ] »haec nescio an tollenda sint.« **Im. Bekker.** Ἀνακολούθως posita esse Pinzgerus demonstravit. Incipit enim orator, tanquam additurus sit: ἐπώνυμον ἐποίησαν τῆς πατρίδος. Tum vero ita pergit, quasi praecedat τῇ Ἀθηνᾷ ὡς τὴν χ. εἰληχυίᾳ. Quanquam duritiem manere, haud nego, quia alter accusativus alterum inversa constructione statim excipit. Quam duritiem vix credo affinitate vocabulorum ἐπώνυμος et ὁμώνυμος leniri. Exstant tamen apud nostrum, quae non minore asperitate offendant, v. c. 36, 2: ἡ πόλις ἔθαψεν. Cf. praeterea locos in ind. s. v. **Anacoluthia** citatos, ad eaque notata.

ἐγκαταλίπωσι] »Post particulas consilium significantes coniunctivus frequentissimus, etiam praeterito praecedente, idque vel ob

substitutum cogitatione praesens tempus« (cf. ad 6, 2) »vel ob permutatum sermonem rectum atque obliquum.« Poppo ad Thucyd. p. I. vol. 1. pag. 141.

οὔτε νομίμων οὔτε πατρῴων οὔτε ἱερῶν] »οὔτε ante πατρ. merito suspectum est Heinrichio.« I. Bekker. Delendum iam Reiskio in cur. post. (orator. T. VIII. p 456) videtur, moremque gessit Pinzgerus. Equidem vix satis possum mirari, quid tandem tot viros doctos seduxerit. Νόμιμα enim per se poni, in vulgus notum, neque quae sint πατρῷα ambigi potest. Quippe sunt instituta a patribus et maioribus relicta atque prodita, quaeque eam ob causam sancta cuivis esse debeant. Quodsi infra 15, 1 et 32, 2 sine copula recurrit τῶν πατρῴων νομίμων, idcirco h. l. librorum scripturam nolim deserere. Tria enim haec: νόμιμα' — ἱερὰ — πατρῷα, ad unam tantum rem referuntur: τὰ ἱερὰ τὰ πατρῷα, ἃ τοῖς ὑμετέροις νομίμοις καὶ πατρῴοις ἔθεσιν οἱ πρόγονοι παρέδοσαν. αὐτῷ, sicuti modo §. 8 sententia expressa est. Nimirum quum ipsa hac disiunctione notionum atque gradatione, tum iterata coniunctione οὔτε omissoque articulo vis quaedam additur orationi. Cf. 1, 2. 36, 2. nn. Ejusdem sunt generis, quae infra §. 11 leguntur: μήτε ἱερῶν μήτε πατρίδος μήτε νόμων. Quae ordine paullum inverso cum articulo repetuntur 10, 6: τῆς πατρίδος καὶ τῶν ἱερῶν καὶ τῶν νόμων. — Ceterum πατρῷος saepissime ea obvium significatione, quam adiectivo πάτριος tanquam propriam vindicare fere solent. Praeter illa, quae supra ad §. 8 a nobis notata et ab Osanno sunt allata, vid. Schmidt. ad Dinarch. in Demosth. 62 (p. 46. R.) Passovii lexic. v. πατρῷος. Cf. 3, 3. 11, 4. 15, 1. 32, 2.

ἐξαγώγιμον] Cf. ad 24, Eur. v. 10.

Κλεοπάτρας] »Cleopatra erat Philippi Macedonis filia, Alexandro, Epiri regi, nuptum data, in quibus nuptiis celebrandis ille a Pausania interficitur. Iustin. IX, 6. Paullo ante actam hanc caussam istius imperii summam ad regiam hanc mulierem delatam esse novimus. Aeschin. c. Ctesiph. p. 88, 22. Quae oratio fortasse eodem anno, quo haec contra Leocratem, habita fuit.« Taylor. »Certissimum est, Lycurgum hanc caussam paullo ante Demosthenis ἀγῶνα de corona instituisse, quod prodit Aeschin. contra Ctesiph. c. 93.« A. G. Becker.

Λευκάδα] Cum I. Bekkero ex A B pro corrupto Ἑλλάδα da-

mus. Leucas Corinthiorum fuit colonia et propter situm quoque hujus loci nexui quam maxime convenit. Thuc. I, 30.

10. *οἱ ὑμέτεροι νόμοι*] Lex reperitur apud Demosth. in Laer. p. 941, 4 sqq.

πῃ] Im. Bekker. et Pinzger. *πῇ*. Sed vide Passovii lexic. h. v. — Z et X *ποι*, quod Osannus recepit. »*Ποῖ* et *ὅποι* notant motum qui fit versus locum; *πῇ* autem et *ὅπῃ* simul et motum talem et quietem in isto loco, quo quis tendit, significant.« Herm. ad Viger. p. 789. Cf. ad Eur. Herc. fur. 1236.

11. *Ἔπειτα* cet.] Vide de hoc loco not. ad 13, 3.

Cap. IX.

1. *ὁμοῦ*] deest in A B atque apud Bekkerum. At facilis fuit lapsus eius, qui *ὁμοῦ* omitteret; nam statim *ἐμοῦ* sequitur, praesertim quum post *καὶ* — *δέ* (vid. ad 20, 7.) facile carere possis illo adverbio.

ἐμοῦ θεωρήσατε ὡς — ποιουμένου] i. e. *ἐμὲ θεωρήσατε ποιεῖσθαι* sive *ποιούμενον*. Saepe enim participium cum nomine in secundo casu absolute ponitur, ubi Latini infinitivum habent praecedente accusativo, idque vel cum particula *ὡς* vel sine illa. Viger. p. 559 atque not. ad eund. p. 346. Observatt. crit. in Polyaen. p. 43 sq. Matth. gr. §. 569, 5. *ταῦτα*, quod praecedit, absolute est positum in hac re, iungendumque cum verbis: *δικαίαν τὴν ἐξέτασιν ποιουμένου*.

ὑπὲρ τηλικούτων] Pro *ὑπὲρ* mavult Taylorus *περί*. At confer, quod modo subiicitur, *ὑπὲρ τούτων* et adi ind.

δεδωκότας] Testes enim Lycurgus h. l. dicit servos Leocratis, a quibus testimonia iam data nec demum postmodum danda esse contendit, quia vocatos dominus sceleris sibi conscius exhibere recusaverit.

παρεκαλεσάμην γὰρ αὐτοὺς πρόκλησιν — γράψας] De servis nonnisi tormentis in iudiciis quaerere solebant. Quos dominus litigans aut ultro aut solenni evocatione ab adversario invitatus ad hunc finem praebebat. *Προκαλεῖσθαι* et *πρόκλησις* in hac re sunt legitimae voces. Qua de causa Taylorus *προυκαλεσάμην* pro *παρεκαλεσάμην* censuit legendum esse, quod Heinrichius quoque praetulit.

tulit. Sed ut de codicibus taceam, hac mutatione facta ea, quae statim sequuntur, πρόκλησιν — γράψας vix tolerabilia videntur. Hoc iam Pinzgerus sensit, recte demonstrans, verbo παρεκαλεσάμην inesse generalem provocandi vel invitandi notionem, quae additis verbis πρόκλησιν γράψας accuratius definiretur. De re praeter Taylor. et Pinzger. ad h. l. vide *d. Att. Process* p. 679 sq.

καί μοι λέγε] Cf. 8, 5. 11, 2. 19, 2. 30, 8. 15. 37, 1. Vide de hoc usu particulae καί Viger. p. 524. — Μοί est dativus ethicus, quem dicunt. Cf. 30, 4. n. 8.

2. ἅμα τοίνυν ταύτην — οὐκ ἐδέχετο καὶ κατεμαρτύρει] ἅμα — καί h. l. est simul atque, quanquam constructione ab usu Latino differt. Cf. 10, 2. n.

τὸν πάντων τῶν συνειδότων] Sic Imm. Bekkerus ex optimis A B, nisi quod articulus τῶν in his desideratur, cuius omissio ex praegressae syllabae similitudine facilem excusationem habet. Reliqui codd. τῶν πάντων συνειδότων, cui lectioni cum Passovio et Osanno Pinzgerus suffragatus vertit: *der um Alles Mitwissenden*, πάντων ab συνειδότων pendere statuens. Certe quidem Graeci impeditiorem, quae ex genitivorum coniunctione exsistit, structuram parum curant. Vide ad 10, 4. Krüger. ad Xen. an. V, 5, 18. Sed συνειδέναι num genitivum rei regat, iam quaeritur. Nempe Latine dicas conscium esse alicuius rei, Graece συνειδέναι τινός non item, sed συνειδέναι τινί τι, vel sine dativo personae συνειδέναι τί, Vide Demosth. Mid. 559, (38, a.). Heinrichius legit: τὸν τῶν [πάντων] συνειδότων; vulgo τῶν πάντων sine συνειδότων.

ὡμολόγηκεν] Sic recentiores omnes, vulgo ὡμολόγηκε. Ex codicibus enotavit ν paragogicum unus Osannus, in Z et X repertum. Cf. Dorvill. ad Charit. p. 294. ed. Lips.

τὰ εἰςηγγελμένα] Vide n. ad 2, 4.

3. δημοτικὸν] Ex Reiskii coniectura Heinrich. δημοτικώτατον. Superlativo tamen carere possumus.

ἃ δεῖ] e praegresso συνειδέναι supple εἰδέναι.

τοῖς ἔργοις μᾶλλον ἢ τοῖς λόγοις πιστεύειν] factis potius quam verbis fidem habere. Facta enim hoc quaestionis genere accuratissime coarguuntur; λόγοι autem commenticiae sunt excusationes, quibus reus utitur. Cf. ad 15, 1.

4. τοσοῦτον ἀφέστηκα] Vide ind. v. τοσοῦτον.

τοὺς ἰδίους κινδύνους] Haec plurimis suspecta fuerunt. Reisk. coni. *τοῖς ἰδίοις κινδύνοις*, quem cum aliis etiam Osannus Heinrichiusque sunt secuti. Im. Bekker. verba uncinis notavit, Pinzgerus tamen defendit et videtur merito defendisse. — Ego igitur tantum abfuit ut iniuste delationem adversus Leocratem instituerem, ut mea ipsius pericula in servis istius tortis probationem esse iuberem. Nam qui servum ad tormenta postulaverat, is tormentis debilitati pretium hero restituere debebat. Id statim in formula *προκλήσεως* promittebatur. Demosth. in Neaer. p. 1387, 28. — De repetito Leocratis nomine vide ad 20, 5.

διὰ τὸ συνειδέναι ἑαυτόν] Corrupta omnium librorum scriptura, quam I. Bekkerus tacitus reliquit. Stephano auctore *ἑαυτῷ* emendarunt editorum longe plurimi. Mihi tamen Reiskii coniectura *αὐτόν* (i. e. *τὸν ἔλεγχον*) multo probabilior. Etenim ex *ἑαυτῷ* per se vix credibile natum esse *ἑαυτόν*, quod ex vera lectione *αὐτόν* atque correctione fortasse suprascripta, *ἑαυτῷ*, conflari potuit; quam correctionem ut in illius locum substituere conaretur, facile aliquis induci potuit. Nam *συνειδέναι* cum dativo plerumque reflexivi pronominis coniungi solet. Sed simpliciter quoque pro *εἰδέναι* dicitur, atque tum »nil nisi adiunctam cognitioni maiorem persuasionem significare videtur, qualis eius esse solet, qui testis est oculatus; vide Wolf. ad Leptin. 12.« Buttmann. in ind. Demosth. in Mid. Itaque si recte coniicimus, ad *συνειδέναι* subiectum ex antecedentibus repetendum, *τοὺς οἰκέτας καὶ τὰς θεραπαίνας*. Cf. §. 2.: *πάντων τῶν συνειδότων* et §. 3: *ὅταν συνειδῶσιν*. Etiam Neoph. Ducas *αὐτόν* dedit. Quanquam suspicari etiam *ἑαυτῷ αὐτόν* possis.

τοῦ αὑτῶν δεσπότου] Cum praestantissimis A B *αὑτῶν* pro *ἑαυτῶν* probavi. Vide ad 2, 4. 10, 3.

τῶν λεγομένων] Pinzger. coniec. *τῶν γενομένων*. V. indic.

Cap. X.

1. *ἀναβοήσεται αὐτίκα, ὡς ἰδιώτης ὤν*] Quae ad 9, 1 de genitivis absolutis sunt tradita, ea ad ceteros etiam casus pertinent. Itaque h. l. nominativus participii positus, quia ad subiectum primarii verbi refertur. Soph. Oed. R. 625: *ὡς οὐχ ὑπείξων οὐδὲ πιστεύσων λέγεις;*

2. τῶν δεινῶν] sc. λέγειν, quod ex praegresso ῥήτορος subauditur. Dicendi artifices intellige, qui non tam veritatis atque iustitiae, quam privati commodi studio aut odio moti cives impugnant.

ἅμα τοῦτο προαιρεῖσθαι καὶ ζητεῖν] simul atque hoc consilium capiant, quaerere. Cf. 9, 2. n τοῦτο, i. e. τὸ συκοφαντεῖν.

χωρία] χωρίον etsi ab aureae aetatis scriptoribus non ea usurpatur potestate, qua Latine locos, enuntiata, sententias, Germanice *Stellen*, *Sätze*, dicas, tamen idem h. l. est, quod nostrum *Feld*, Latinorum campus; i. e. argumentum seu materies dicendi scribendive. Cicero de offic. I, 18: Hinc rhetorum campus de Marathone. Orator. III, 31: in hoc campo licet oratori vagari late. Thucyd. I, 97: ὅτι τοῖς πρὸ ἐμοῦ πᾶσιν ἐκλιπὲς τοῦτο ἦν τὸ χωρίον. Vide Rost. Lexic. Germ. et Graec. v. *Stelle.* Valckenar. et Schweighaeuser. ad Herodot. II, 117. [Adde Lucian. Dem. enc. 15. Kr.]

ποιήσονται] Hoc loco et similibus post relativa futurum indicativi consilium indicat. Vide Spalding. ad Demosth. Mid. 37, g. Krüger. ad Xen. an. I, 3, 14. Cf. ad 2, 3.

δικαίως] L P Z et pr. A δικαίων. Vulgatam tamen praefero, ut quae ad oppositionem aptior sit.

ἐνισταμένων] V. ind.

τοὺς ἐνόχους ταῖς ἀραῖς] Ad diras spectat, quibus a praecone quum aut concio aut senatus esset habendus, inimici populi Atheniensis devovebantur. Demosthen. de falsa leg. 363, 12 sqq. Cf. Ibid. 404, 4: ταῖς ἀραῖς ἔνοχος.

ποιοῦντας] Matth. gr. §. 536, not. Bornemann. et Krüger. ad Xen. an. I, 2, 1. Poppo ad Thuc. p. I. vol. I. pag. 123.

ὥςπερ ἡμεῖς] repete ποιοῦμεν ex anteced. ποιοῦντας. Demosth. Mid. p. 536 (20, b): καὶ τὰ ὄντα ἀναλίσκοντα, ὥςπερ ἐγώ. Codd. omnes ὥςπερ ὑμεῖς. Perperam. Accusatoris, non iudicum officia hic respicit. Verum ubivis huius confusionis exempla exstant.

3. περὶ τούτων] de his rebus.

ταῖς παρασκευαῖς ταῖς τοῦ λόγου] Vide ad 8, 8. Παρασκευαί sunt artificia et machinationes in alterius perniciem structae. Apud Dinarch. p. 27 et 40 R. κατασκευαί eadem fere legitur potestate. Quae verba vulgo post παραγαγεῖν leguntur, ab I. Bekkero uncinis inclusa, τοὺς οἰκέτας, in omnibus MSS desunt, desuntque iure; ut

quae non modo vehementer propter sequentia οἱ οἰκέται καὶ αἱ θεράπαιναι langueant, sed ne tolerari quidem queant propter τοίνυν, quod statim subiicitur. Vide Osann. et Pinzger. ad h. l. Iam post interrogationem mente supplendum: τοὺς συνειδότας τε καὶ ἔργοις ἐξελέγχοντας vel simile quid.

καὶ ταῦτα οὐκ ἀλλοτρίους, ἀλλ' αὐτοῦ ὄντας] Cf. 9, 4: καίτοι, ὦ ἄνδρες, πολὺ θᾶττον οἱ Λεωκράτους οἰκέται καὶ θεράπαιναι τῶν λεγομένων ἄν τι ἠρνήθησαν etc. Αὐτοῦ ex Aldina pro vulg. αὑτοῦ revocavi. Adstipulatur cod. Z. Vide ad 2, 4. 9, 4.

4. τὴν ὑγρότητα αὐτῶν τοῦ ἤθους] Construere possis τὴν ὑγρότητα τοῦ ἤθους αὐτῶν. Talis enim genitivorum structura inversa valde est usitata. Thuc. I, 32: μετὰ τῆς ξυμμαχίας τῆς αἰτήσεως. Verum tamen ab uno nomine, ὑγρότητα, duplicem regi genitivum ecte statueris. Vide praeter Pinzgeri ad h. l. notam Hermann. a Soph. Ai. 54.

οὐδὲν ἕτερον ἢ φοβούμενος] Vide ad 21, 3.

οἱ ἐξελέγχοντες τῷ ἔργῳ] ii, qui facto convincant atque coarguant, quippe cuius facti ipsi testes fuerint oculati, quodque indicantes propter ipsum quaestionis genus summam fidem et auctoritatem habeant. Vide *d. Att. Process* p. 679. Hinc servorum indicia factorum instar censentur, ut, quod his redarguatur, re ipsa et factis convinci videatur. Cf. ad 9, 3.

5. ἁπλοῦν τὸ δίκαιον] Xen. an. V, 8, 18: ἁπλοῦς μοι ὁ λόγος. Eur. Phoen. 472: ἁπλοῦς ὁ μῦθος τῆς ἀληθείας ἔφυ. De hac proverbiali locutione vide Valcken. ad Eur. l. c. Erasm. Adag. Veritatis simplex oratio.

τὰ ἐν τῇ εἰσαγγελίᾳ] Vide ad 2, 4.

καὶ βασανίζειν] *und foltern lassen.* Ita recte Pinzgerus vertit, mirum tamen quantum in explicando lapsus. Nimirum non potest hoc esse sinere servos torqueri, sed iubere torqueri, curare torquendos. Nam ita tantum, quod Germanice est *lassen*, in ipso verbo primario una contineri potest, si quis non modo sinat vel permittat aliquid fieri, sed ipse sit auctor. Vide Rost. lex. Germ. et Graec. v. *Lassen.* Itaque gradatio inest in verbis παραδιδόναι καὶ βασανίζειν. Illud enim fit etiam post factam ab adversario πρόκλησιν, hoc ipsius domini iussu, quum

sponte servos offert torquendos. Quanquam id rarius accidere, quam ab domino solenni proclesi evocato tradi solebant servi. Vide *d. Att. Process* p. 680. Pinzger. ad cap. 9 not. 1.

6. *ταῖς αὐτοῦ ὁμολογίαις*] Ex Aldina et Z αὑτοῦ pro αὐτοῦ damus. Vide excurs. III.

περιῃρημένον] Vide ad 30, 12.

τοῦτον ἐᾶσαι ὑμᾶς αὐτοὺς] V. excurs. III.

Cap. XI.

2. *καί μοι λαβὲ*] Vide ad 9, 1.

τὸ ψήφισμα, γραμματεῦ, τὸ Ὑπερίδου] Hoc loco et similibus repetiti ante genitivum articuli vis penitus perspicitur, obscurata illa interdum: psephisma, Hyperidis dico. Cf. ad 8, 8. 12, 2. 20, 2. 22, 1. 30, 8. 35, 3. Inter ψηφίσματα et leges (νόμους) hoc differebat, »quod, quum psephismata et propter subitas necessitates scriberentur et essent temporaria, ut, ubi illae desiissent, neque ipsa diutius valerent, leges in Republ. propter stabiles caussas latae vim et auctoritatem habebant perpetuam.« Wolf. ad Lept. pag. 310. Cf. Schoemann. de comit. p. 248 sq. — Ceterum Ὑπερίδου in MSS., ut videtur, omnibus. Vulgo Ὑπερείδου, quae scripturae diversitas multis locis obvia. Vide C. E. A. Schmidt. censur. editionis Osannianae in Seebodii biblioth. crit. 1822. vol. I. pag. 240. Pinzger. ad h. l. Cf. praeterea Athen. deipnosoph. VIII. p. 341. f. 342 a. c. XIII. p. 590. c. d. e. Proinde utra forma utri singulis locis praeferenda sit, nonnisi ex codd. auctoritate diiudicandum. Per se enim neutra falsa. De re vid. excurs. I.

3. *Πειραιέως*] Heinrichius, Osannus et Pinzgerus *Πειραιῶς*. Vide ad 6, 3.

ἀφειμένοι] »Sic scripsi cum A. G. Beckero et Heinrichio e Suida v. πεπορπημένος (?). Vulgo ἀφιέμενοι, quod retinuit Im. Bekker. ἀφέμενοι Z X. Osann., Lobeck. ad Phrynich. p. 320.« Pinzger.

ὑπὲρ τῆς πόλεως] τῶν, quod vulgo est ante τῆς πόλεως, I. Bekker. delevit secundum optimos A B. Deletum restituere noluimus. Quanquam facilis in hac re librarii lapsus.

Λεωκράτης οὑτοσί] V. 8, 8. n.

ἱερὰ τὰ πατρῷα] V. 8, 8. n.

ἔρημοι ἦσαν οἱ ναοὶ τῶν ἱερέων] Nam Leocratis consilium si omnes inirent (*κατὰ τὴν αὐτοῦ προαίρεσιν*), quum incolae et cives tum sacerdotes aufugissent, ut templa sacerdotum ministerio carerent, sicuti muri armatorum defensione. Etenim *ἔρημοι αἱ φυλακαὶ τῶν τειχῶν* est idem quod: *ἔρημα τὰ τείχη τῶν φυλάκων*. Sic Latine dicas; deserta (nudata) fuit custodia moenium; dicas quoque: moenia custodibus nudata fuerunt. Cf. 6, 2: *τὰ τείχη — ὧν τὴν φυλακὴν ἔρημον — κατέλιπεν.* — Pro *ναοί* Heinr. dedit *νεῴ*. Sed *ναός* ab usu Attico non abhorret. Cf. Xen. anab. V, 3, 9. 12. 13. Quanquam his formis saepe variatur. V. Id. ib. V, 3, 8; et supra 8, 8.

ἔρημοι δὲ αἱ φυλακαὶ] Quod vulgo post *δέ* legitur, *καί* I. Bekkerus ex codd. consensu delevit; recte. Neque enim post *δέ* in anaphora addi solet. V. Krüger. ad Xen. an. VII, 7, 42. Osann. ad h. l.

5. *δήμῳ*] Deest in omnibus MSS.

ὀρθὴ δὲ ἦν ἡ πόλις] *Ὀρθὸς* dicitur, qui terrore perculsus erectum metu ac sollicitudine habet animum, qui est animo suspenso et anxio. Exempla dant A. G Beckerus et Osannus ad h. l. Cf. Evang. Luc. XII, 29: *μὴ μετεωρίζεσθε*. Ev. Ioh. X, 24: *ἕως πότε τὴν ψυχὴν ἡμῶν αἴρεις*; Liv. I, 25: itaque ergo erecti suspensique in minime gratum spectaculum animo intenduntur. Plin. epist. II, 20: ut diu miseram exspectatione suspendat.

ἐν τοῖς συμβεβηκόσιν] »immo *ἐπί*.« Bekker. Qua coniectura carere possumus. Nam *ἐν*, ut Latinum in, nostrum *bei*, res temporis respectu coniungit. Iam vero quae tempore inter se coniuncta ponuntur, facile ea, ita comparata cogitantur, ut alterum ab altero effectum esse statuas.

ἐν τοῖς ὑπὲρ τὰ πεντήκοντα ἔτη γεγονόσι] Athenis qui annos plus quadraginta erant nati, ceterae militiae immunes fuisse traduntur, nisi summis periculis propulsandi hostis. Potter. archaeol. Graec. lib. III. cap. 2 (T. II. p. 16 Rambach.) lib. I. c. 26 s. fin. (T. I. p. 368). Quinquaginta orator ponit annos, quo periculi publicaeque calamitatis magnitudinem insigniorem fuisse ostendat.

6. *ἐλευθέρους*] Quod Reisk. et Schulzius iam maluerant, *ἐλευ-*

θέρας, Im. Bekker, Heinr. et Pinzger. ex B receperunt. Contra ad; Valcken ad Eur. Phoen. 1440. D'Orvill. ad Charit. p. 352 (413 ed. Lips.). Monck. ad Eurip. Hipp. 473. Matth. gr. §. 118 not. 1. Buttm. gr. max. § 60. not 4. Cf. ad 1, 1. 23, 3.

τὰς ἡλικίας] Suidas v. *πεπορπημένος* habet *ταῖς ἡλικίαις*, quod Heinrichio placuit. Qui cur minori auctoritati plus tribuerit, equidem miror. Nam ex grammaticae legibus utrumque tolerabile Matth. gr. § 400, 6. 424. 4.

ἀφειμένους] Sic Suidas l. c. A. G. Bekker., Heinr. et Pinzger. Libri *ἀφεμένους*. Vulgo *ἀφιεμένους*, quod I. Bekker. servandum duxit. Cf. §. 4. n.

διαφθειρομένους] pereuntes, trepidatione et fatigatione puto. Nam hi, quamvis imbecilles ac debiles corpore, in communi illa calamitate, non domi se continebant, sed circa forum ac plateas (*καθ' ὅλην τὴν πόλιν*) cursitabant. Itaque quod I. Bekkerus cum Heinrichio ex Suid. l. c. *περιφθειρομένους* dederunt, equidem a librorum auctoritate, cum lectio recepta explicari possit, recedendum non putavi. Ex eodem Suida Heinr., Bekker. et Pinzger. *ὀδῷ* pro *οὐδῷ* adsciverunt. Contra ego emendandum existimavi *γήραος* pro vulg. *γήρως*; siquidem in proverbii consuetudinem illud Homeri *ἐπὶ γήραος οὐδῷ* cessisse videtur. Plato de republ. 328, c. Praeterea solent Attici scriptores alibi quoque, ubi poëtarum dicta respiciunt, ipsas verborum formas servare. Cf. Plat. Ion. 534, c: *εὕρημά τι μουσᾶν*. 535, b: *ἐπὶ τὸν οὐδόν*. Phaedr. 237, a: *ξύμ μοι λαβέσθε τοῦ μύθου*.

διπλᾶ τὰ ἱμάτια ἐμπεπορπημένους] duplicibus palliis fibula subnexis. Vide excurs. II.

7. *μάλιστα ἄν*] Z *μάλιστα δ' ἄν*. quod Heinr. recepit. *Δέ* in apodosi post genitivos absolutos iterum exstat 24, 2, ubi vide Pinzger. Cf. observatt. crit. in Polyaen. p. 46 sq. Bornemann. ad Xen. an. IV, 1, 2. Buttmann. ad Dem. Mid. p. 147 sqq. At enim meliorum codd. est ratio habenda. — *Ἄν* eadem ratione cum aoristi indicativo iunctum legitur Xen. Cyr. VII, 1, 38: *ἔνθα δὴ ἔγνω ἄν τις, ὅσου ἄξιον εἴη τὸ φιλεῖσθαι ἄρχοντα ὑπὸ τῶν ἀρχομένων*, tum videres etc. Eur. Phoen. 1157 sq.: *ἡμῶν τ' ἐς οὖδας εἶδες ἂν πρὸ τειχέων πυκνοὺς κυβιστητῆρας* etc. Matth. gr. §. 599, b. (gr. Gr. min. §. 599 2). Cf. Zumpt. gr. Lat. §. 78, 3. not. 2.

πρῶτον] antea, pro πρότερον. Cf. 35, 6. n. et statim §. 8: ὥςτε πρῶτον μὲν etc. Quo quidem loco I. Bekker. ex A B πρότερον dedit.

8. ἐὰν ὑπὲρ τῆς αὐτῶν σωτηρίας ἀσφαλῶς δύνηται κινδυνεῦσαι] Transitus a civitate ad cives satis frequens. Thuc. I, 136: φεύγει ἐς Κέρκυραν, ὢν αὐτῶν εὐεργέτης. V. Poppo. ad Thuc. part. I. vol. 1. pag. 94. Illud vero h. l. singulare videri possit, quod scriptor post pluralem pronominis pergit: δύνηται, quum δύνωνται exspectes. Verum cf. Dinarch. in Dem. 55 (p. 40 sq. R.): ἡ βουλή, ὦ ἄνδρες, ζητεῖ τὰ προςταχθέντα ὑφ' ὑμῶν καὶ τὰ γεγενημένα παρ' αὐτοῖς ἀδικήματα. Id. 56 (p. 42 R.): διόπερ τὸν παρ' αὐτῶν ὑποστερήσαντα τὸ κάλλον τὸν πορθμέα ζημιώσασα (sc. ἡ βουλή) πρὸς ὑμᾶς ἀπέφηνε. Neque durior haec videbitur ratio, quam quae infra 36, 2 nos offendit, ubi vide not. Ceterum Z διακινδυνεῦσαι.

καὶ τὸν δῆμον, ὃν πρότερον Λακεδαιμόνιοι καὶ Πελοποννήσιοι — βοηθὸν ἐπεκαλοῦντο, οὗτος ἐδεῖτο] Herodot. II, 106: τὰς δὲ στήλας, τὰς ἵστα κατὰ τὰς χώρας ὁ Αἰγύπτου βασιλεὺς Σέσωστρις, αἱ μὲν πλεῦνες οὐκέτι φαίνονται περιεοῦσαι. Xen. venat. I, 10: Μελέαγρος δὲ τὰς τιμὰς, ἃς ἔλαβε, φανεραί. Virgil. Aen. I, 473: urbem, quam statuo, vestra est. Vide Buttm. gr. Gr. §. 138, 1, 4. Matth. §. 474. Krüger. et Poppo ad Xen. an. I, 4, 15. Ex quibus quum appareat, substantivum saepius per attractionem in relativi sequentis casum cedere, h. l. praeterea constructio praegressa fecit, ut orator accusativum poneret; quanquam post, structura variata, per anacoluthiam pergit οὗτος ἐδεῖτο pro δεῖσθαι.

ἐδεῖτο τῶν ἐξ Ἄνδρου καὶ Κέω καὶ Τροιζῆνος καὶ Ἐπιδαύρου ἐπικουρίαν αὐτῷ μεταπέμψασθαι] Sententia more Graecorum contracta pro ἐδεῖτο (i. e. egebat) τῶν Ἀνδρίων — ὥςτε ἐπικουρίαν αὐτῷ μεταπέμψασθαι παρ' αὐτῶν. Cf. Xen. an. V, 4, 9: τί ἡμῶν δεήσεσθε χρήσασθαι, ubi vide Krüger. et Poppo. De praepositione ἐξ propter sequens verbum μεταπέμψασθαι per attractionem posita vide Buttm. gr. §. 138, I, 8. Matth. gr. §. 596. Αὑτῷ pro vulg. αὐτῷ post Schulz. et Morum Osannus, I. Bekkerus et Pinzger. dederunt. Ne quis pronomine ad medium addito offendatur, per oppositionem adiectum est. Quum antea ceterae civitates Atheniensium opem implorassent, iam eo redacti erant, ut sibi auxilia ab exteris peterent. Ita saepius pronomen ad medium adiunctum abundare videtur, cum vi quadam positum. Cf. 17, 3. 36, 1. nn.

Buttm. gr. §. 122. n. 6. Poppo ad Thuc. part. I. vol. 1. p. 189. Krüger. ad Xen. an. I, 8, 29. Demosth. in Mid. p. 557 (36, g): ὡς ἐμαυτῷ γέγραμμαι. Xen. l. l. I, 6, 17: ἑαυτῷ ὄνομα καὶ δύναμιν περιποιήσασθαι.

9. ἐγκαταλιπόντα] A B L P Z ἐγκαταλείποντα. Cf. ad 13, 1.

τὸν μήτε ὅπλα θέμενον ὑπὲρ τῆς πατρίδος μήτε τὸ σῶμα παρασχόντα] eiusmodi hominem, qui neque arma sumpserit (de significatione, quae proprie inest in phrasi ὅπλα τίθεσθαι, vide Schneider., Krüger. et Popponis indices in Xen. anab.) pro patria neque corpus suum obtulerit praetoribus in aciem constituendum (De constructione τὸ σῶμα παρέχειν τάξαι vid. ad 20, 5.). Contra τὸν οὐδὲ συμπενθῆσαι τὰς τῆς πατρίδος συμφορὰς τολμήσαντα κ. τ. λ. est: illum, qui neque una cum civibus patriae calamitatem moerere sustinuit neque ad reipublicae ac populi salutem contulit quidquam. De qua negationum differentia vide ad 4, 3. Buttmann. gr. §. 135. not. 1. Verbum τολμᾶν hac significatione ubivis legitur. Cf. 19, 4. 25. 33, 1. 36. 3. et, si res tanti est, Xen. an. IV, 4, 12. Demosth. in Neaer. 1359, 27 sq. Hier. Wolf. ad Dinarch. 16 (p. 12 R.). Reisig. ad Soph. Oed. Col. 178.

κληθεὶς] advocatus, ut defendendam suscipiat eius causam. Usitatius hac in re παρακαλεῖν. Vide Reisk. ind. in Demosth. h. v.

βοηθήσειε] Repetendum ἄν. Vide Krüger. ad Xen. an. I, 6, 2.

10. ἡ μὲν χώρα τὰ δένδρα συνεβάλλετο] sc. εἰς τὴν χαράκωσιν. Pro vulg. συνεβάλετο. I. Bekker., Osann. et Pinzger. recte receperunt συνεβάλλετο ex A Z.

τὰς θήκας] ad murorum refectionem. Cf. quae de muris Themistocle auctore exstructis narrantur. Thuc. I, 90 et 93. Quibuscum compara, quos Taylorus laudavit, Diod. Sicul. XI, 40. Nep. Themistocl. 6.

νεῴ] Libri νέοι. At illud post Melanchthonem vertentem: »templa (suppeditabant) clypea,« et Pierson. ad Moer. p. 265 comprobarunt recentiores omnes. Thorlacius ναοί. Cf. supra §. 4. n. De re Piersonus l. c. verissime haec: »Arma in honorem deorum in templis suspensa, belli tempestate coacti, veteres non raro tholis detraxere, iisque usi sunt, periculo defuncti diis reddituri.« Probat idem vir doctus collatis Eurip. Heraclid. 695 (ubi vide Elmslej.) et

Flor. II, 6, 23. Cf. praeterea Plutarch. apophthegm. Lac. cap. 73 (T. VI. p. 833. vers. ult. R.). Potteri archaeolog. Gr. interpr. Rambach. T. II. pag. 234. 236.

τάφρων] Sic iam Taylor. emendavit. Accedit codicum auctoritas. Inter recentiores unus A. G. Beckerus vulg. defendit, quem haud vereor ne quis audiat.

παρέσχετο] Im. Bekkerus, laudatis quatuor Lycurgi locis, mavult παρέσχε. Contra cf. paucis ante versibus: παρέσχετο ἑαυτὴν, tum 8, 4. 26, 1. 37, 1. Plat. Gorg. 471, e. 472, a. b. Herodot. VIII, 42. 43. 44. 45. Poppo ad Thuc. p. I. vol. 1. pag. 187.

11. ξυνενεγκεῖν] sc. ἐκεῖνα. Fuit quum ξυνεξενεγκεῖν coniicerem. Sed nihil mutandum.

τοῦ δήμου σωτηρίας] Articulum repete.

ζημιῶσαι] Ante hoc A χρὴ addit. Quae scriptura haud dubie quodammodo respicit id, quod vulgo pro εἰκὸς legitur, εἰκότως. Sed codd. consensus εἰκὸς Bekkero ceterisque editoribus nuper suppeditavit.

προςαγορεύων] q u u m o c t a v o a n n o p a t r i a m e o r u m s a l u t a r e t i. e. reviseret.

Cap. XII.

1. ὦ ἄνδρες] ὦ, quod vocativo utrum praeponendum sit nec ne, saepe dubium est, ex uno Z Im. Bekkerus recepit.

τοὺς τοιούτους τῶν δημοσίων ἀγῶνας] Reisk. coniec. τοὺς τοιούτους λόγους τῶν δημοσίων ἀγώνων, et sic Heinrichius legit. Contra Schulzius, servata vulgari scriptura, ἀγῶνας notione accipi posse putat angustiori, qua ἀγὼν orationem significet laudes et continentem et affectantem, ut idem fere sit, quod sequens εὐλογίαι; memoratque idem Thucydidem, qui κτῆμα et ἀγώνισμα inter se opponat. Respicit enim celebrem illum historici locum I, 22 extr.: — κτῆμά τε ἐς ἀεὶ μᾶλλον, ἢ ἀγώνισμα ἐς τὸ παραχρῆμα ἀκούειν, ξύγκειται. Quae Bredovius bene interpretatur: *und als Besitzthum vielmehr für die Nachwelt, nicht als* P r e i s s t ü c k (malim P r e i s r e d e) *für die augenblickliche Unterhaltung, sind sie dargelegt.* Quae vocis ἀγὼν significatio num aliis locis possit vindicari, nescio; sed tamen quin ἀγώνισμα et ἀγὼν alia vi promiscue ponantur, non est

dubium. Vide Haack. ad Thuc. VII, 59. Itaque et rariori hac significatione ἀγών idem h. l. esse videtur, quod saepius ἀγώνισμα. Sic Isocrates: λόγοι πρὸς τὰς ἐπιδείξεις καὶ ἀγῶνας γεγραμμένοι. Caligula apud Sueton. 53 commissiones vocat, ubi doctam Casauboni vide notam. — Post τῶν τοιούτων supplendum ἀγώνων. Cf. 3, 1 et mox ipso hoc commate: ἐν τοῖς δημοσίοις καὶ κοινοῖς ἀγῶσι.

ἐπειδὴ κἀκεῖνοι εἰς τὴν κοινὴν σωτηρίαν τῆς πόλεως τὰς ψυχὰς αὑτῶν ἀνάλωσαν, ἐν τοῖς δημοσίοις καὶ κοινοῖς ἀγῶσι τῆς πόλεως μὴ παραλιπεῖν] Olim edebatur: ἐπειδὴ κἀκεῖνοι εἰς τὴν κοινὴν σωτηρίαν τῆς πόλεως ἐτελεύτησαν μὴ παραλιπεῖν. Primus locum supplevit Muretus (V. L. XVII, 6.). Assentiuntur libri scripti omnes, ἀνάλωσαν tamen exhibentes, quum Muretus ἀνήλωσαν legat. Vide Buttm. gr. max. II. pag. 76 sq. Thom. Mag. et ad eum intpp. Margo Hamburgensis priore loco omittit τῆς πόλεως, quod ne Muretus quidem habet.

2. ἐπὶ τοῖς ὁρίοις τῆς Βοιωτίας] Boeotiae et Phocidis intellige confinia; nam de Chaeronensi pugna loquitur. Pro τῆς Z exhibet τοῖς. Dissentiunt scripti libri in hoc genere, v. c. Plat. Gorg. 455, d: τὰ τείχη τῶν Ἀθηναίων, ubi alii τὰ τείχη τὰ Ἀθηναίων vel τὰ τῶν Ἀθηναίων. Cf. ad 20, 2. 22, 1. 30, 8. et V. L. ad Xen. an. VII, 2, 11. Certe h. l. ante terrae nomen articulus satis munitus; quippe ubi apud nostrum raro deest, quanquam 23, 1 desideratur. Vide tamen de articuli hoc modo ante genitivum geminati potestate Viger. p. 20.

τοῖς ἐχθροῖς] ἐχθρός pro πολέμιος dicitur; hostis enim animo etiam inimico solet esse. Vide Krüger. ind. ad Xen. an.

3. τοὺς ποιητοὺς τῶν πατέρων] patres, quibus in adoptionem se quis dederit. Vide Meier. in libro, qui inscribitur: *Der Attische Process von Meier und Schömann.* p. 436.

καταδεέστερον διάκεινται] sc. ταῖς εὐνοίαις, quod attinet ad benevolentiam.

τοῖς ἀρίστοις ἀνδράσιν] iungendum cum ἐξ ἴσου.

ἔνθα παρετάχθησαν] Coniecturam Marklandi (ad Lys. p. 95. ed. Reisk.) ἔνθαπερ ἐτάχθησαν Heinr. recipere non dubitavit.

4. ταῦτα γὰρ ἀμφότερα] I. Bekkerus δέ coni. pro γάρ. Sed nihil mutandum. Ante haec supple: τούτων δὲ ἐκεῖνοι μετέχουσι vel simile quid. Vide Hermann. ad Vig. p. 846. Cf. 35, 4 n.

οἷόν τ'] »fortasse leg. *ὅσιον.*« I. Bekker. Qua coniectura vir doctus supersedere potuit.

μὴ πτήξαντας τὸν τῶν ἐπιόντων φόβον] Nihil tritius hoc dicendi genere, a magnis tamen viris saepe non intellecto, ut a Valckenario ad Eur. Phoen. 300: *γονυπετεῖς ἕδρας προςπιτνῶ.* Quod notamus, ut ne nimis Heinrichium mireris *ἀλλ' ἀνδρείως ὑπομείναντας* arbitratu suo post *πτήξαντας* inseruisse. Vid. Pinzger. ad h. l Erfurdt. ad Soph. Ai. 42. Matth. gr. §. 415. Buttm. §. 118, 2. Cf. infra 18, 2: (*ὃν* sc. *ὅρκον*) *εἰ μὲν ὀμώμοκε.* — Quanquam non negaverim ipsum illud *πτήσσειν φόβον* audacius et insolentius, ut in prosa oratione, esse dictum.

οὐδ' ἂν εἷς] Pro *οὐδείς* fortius dicitur *οὐδὲ εἷς.* Accedente autem vel *ἄν* particula (Cf. 14, 3. Plat. Gorg. 519, c. Krüger. ad Xen. an. III, 1, 2) vel praepositione (Buttmann. ad Demosth. Mid. 32, n. 6) coniunctio *οὐδέ* a numerali separari solet.

ἡττῆσθαι] Ex codicibus A B Im. Bekkerus adscivit. Vulgo *ἡττηθῆναι.*

5. *τῶν πάντων*] Cf. 33, 1: *τῶν πάντων ἀνθρώπων.* Soph. Ai. 1002 (981 Erf.): *τὸ πᾶν κακόν.* Thuc. I, 3: *οὐδαμοῦ τοὺς ξύμπαντας ὠνόμασεν.* 73: *περὶ τοῦ παντὸς λόγου.* 132: *ἡ πᾶσα πόλις* Ubique *ὁ πᾶς* est universus, cunctus, *gesammt, ganz auf einmal*; *οἱ πάντες*, omnes cuncti, *alle insgesammt.* Buttm. gr. §. 114, 6. Paullulum differt locus Thuc. II, 101: *τριάκοντα τὰς πάσας ἡμέρας, im Ganzen dreissig Tage.* Cf. I, 100. Krüger. ad Dionys. historiogr. p. 314.

ἅμα — τε — καί] Vid. ad 9, 2.

συνετάφη γὰρ — ἐλευθερία] Heinrichio uncis includere visum est. Ne offendaris particula *γάρ* in pluribus subinde enuntiationibus posita, cf. supra §. 4. 4, 5. n. 13, 1. 24, 1. 32, 1. 3 n. Vid. Bornemann. ad Xen. sympos. 4, 55. Krüger. ad anab. III, 2, 32.

φανερὸν πᾶσιν ἐποίησαν οὐκ ἰδίᾳ πολεμοῦντες] Thuc. III, 64 init.: *δῆλόν τε ἐποιήσατε, οὐδὲ τότε τῶν Ἑλλήνων ἕνεκα μόνοι οὐ μηδίσαντες.* Matth. gr. §. 549, 5.

οὐκ αἰσχυνθείην] I. Bekkerus de suo: *οὐκ ἂν αἰσχυνθείην.* Ego quoque *ἄν* particulam inserendam arbitror, ut quae dubitationem minuat. Vid Schmidt. ad Dinarch in Philocl. 19 extr. et in Demosth. 91.

στέφανον] i. e. patriae ornamentnm, honorem, laudem. Vid. A. G. Bekker. ad h. l. Cf. Horat. ep. II, 2, 96: quare sibi nectat uterque coronam. Cf. infra 24, Eur. v. 34.

6. καὶ δι' ἃ οὐκ ἀλόγως ἐπετήδευον, ἐπίστασθε] i. e. καὶ δι' ἃ — ἐπετήδευον, ταῦτ' ἔστιν· ἐπίστασθε γὰρ etc. Relativum enim ad totum enuntiatum refertur, quod sequitur. Matth. gr. §. 478.

εὑρήσετε δέ] δέ ita positum, ut potius exspectes γάρ. Vide de hoc usu particulae Herm. ad Vig. p. 845.

ἀθλητὰς ἀνακειμένους] Vide ad 35, 3. Apposite Taylorus citat Plutarch. Apophthegm. p. 180, a (T. VI. p. 684 R.): Ἐν τῇ Μιλήτῳ πολλοὺς ἀνδριάντας ἀθλητῶν θεασάμενος (Alexander M.) Ὀλύμπια καὶ Πύθια νενικηκότων· καὶ ποῦ τὰ τηλικαῦτα ἦν σώματα, ἔφη, ὅτε οἱ βάρβαροι ὑμῶν τὴν πόλιν ἐπολιόρκουν.

τοὺς τὸν τύραννον ἀποκτείναντας] Harmodium et Aristogitonem. Thuc. VI, 54. Articulum τούς ex A B dedit I. Bekkerus, sicut A. G. Bekkerus prius coniecerat.

οὐδ' ἐξ ἁπάσης] Meminerint tirones ex illo οὐδέ negationem referre ad ῥᾴδιον, copulam autem καί, etiam, *sogar*, *selbst*, ad ἐξ ἁπάσης τῆς Ἑλλάδος. Saepius οὐδέ in duo sermonis membra dispertiendum. Buttmann. ad Dem. Mid. 56, b. Krüger. ad Xen. an. I, 6, 8. VII, 7, 40.

τοὺς στεφανίτας ἀγῶνας] Cf. Xen. memor. III, 7, 1. Isocrat. ep. ad Phil. p. 415, D. Iul. Poll. onomast. lib. III, c. 30. n. 8: τοὺς μὲν οὖν καλουμένους ἱεροὺς ἀγῶνας, ὧν τὰ ἆθλα ἐν στεφάνῳ μόνῳ, στεφανίτας ἐκάλεσαν καὶ φυλλίτας. De accusativo cum verbo νικᾶν iuncto vide Matth. gr. §. 409, 3.

μεγίστας τιμὰς] Articulo, quem ex Reiskii coniectura Heinrichius recepit, nequaquam opus est.

CAP. XIIII.

1. οὐδὲν ὑμῖν ἔστιν] i. e. ἔξεστιν. Vulgo ἐστίν. Taylor., cui A. G. Bekker. et Heinr. obtemperarunt, corrigi voluit οὐδ' ἐν ὑμῖν, Reisk. οὐδ' ἔνεστιν ὑμῖν, melius Imm. Bekker. οὐδ' ἐφ' ὑμῖν ἐστιν. At ἔστιν, modo iusto proferatur accentu, et Hauptmannus et Pinzgerus recte explicarunt vulgatamque lectionem defenderunt.

ἀποψηφίσασθαι Λεωκράτους τουτουΐ] Supple τὴν τιμωρίαν vel τὴν αἰτίαν. i. e. absolvere. Cf. 37, 3. 4. Demosth. de cor. p. 310, 17. R. — Λεωκράτους τουτουΐ. Vide ad 8, 8.

ἡ μὲν γὰρ ἐπ' Ἀρείῳ πάγῳ βουλή] Demosthenica enim aetate plures de proditione causas Areopagus iudicavit. Vide *d. Att. Process* pag. 344. De Areopagitarum officiis in universum vide, quae Schmidt. ad Dinarch. in Dem. 6 laudavit. Supra 4, 4 *τὸ ἐν Ἀρείῳ πάγῳ συνέδριον* vocabatur; alibi *ἡ ἐξ Ἀρείου πάγου βουλή* appellari fere solet (Dinarch. l. l. 3. pag. 5 R.) vel simpliciter *ἡ βουλή*, ubi ex praegressis, quaenam intelligenda sit *βουλή*, apparet (Id. l. l. 6. p. 6 R. et 8. p. 7 R.) vel *τὸ συνέδριον* (Id. 9. pag. 7. R. et infra 13, 3).

καὶ μηδείς μοι θορυβήσῃ] Demosth. *περὶ συντάξ.* p. 167, 4: *μὴ θορυβήσητε ἐφ' ᾧ μέλλω λέγειν.* Liv. III, 49: decemviro obstrepitur. Fieri autem non poterat, quin haec severissimi et gravissimi iudicii eiusdemque summa auctoritate praediti commemoratio iis, qui Leocratis causa vellent, admodum displiceret. Ceterum haec admonitio ad illam oratorum consuetudinem extemporalitatis artificiose simulandae pertinere mihi videtur. Quae figura *αὐτοσχεδίου* dicitur. Vide Wolf. ad Lept. p. 301. Spalding. ad Demosth. Mid. 31, b.

τοὺς φεύγοντας τὴν πατρίδα καὶ ἐγκαταλιπόντας] *ἐγκαταλιπόντας* cum Bekkero et Pinzgero ex A B recepimus. Vulgo *καταλιπόντας*. Pro *φεύγοντας* idem Bekkerus, Heinrichium secutus, *φυγόντας* dedit. In quo me quidem non habet assentientem. Diversa enim est ratio participiorum. Quod ut perspicias, dici potest: *οἳ ἔφευγον καὶ τὴν πατρίδα ἐγκατέλιπον*, per figuram *ὕστερον πρότερον* quam vocant. Posterius enim participium actionem uno quasi momento perfectam et praeteritam ponit, illud *φεύγοντας* praeteritam quidem, sed quae tamen diutius duraverit et permanserit. Atqui imperfectum, ubi diuturnitas quaedam exprimenda sit, eiusmodi locis poni, quibus aoristum potius atque adeo plusquamperfectum exspectes, notissimum est. Vide Krüger. ad Xen. an. I, 1, 6. Itaque participium quoque praesentis, quippe quod et imperfecti saepissime sit, eodem modo usurpatur. 6, 5: *ὃν καὶ ὑμῶν ἴσασιν οἱ πολλοὶ κατηγοροῦντα.* Xen. an. I, 2, 3: *ἦν δὲ καὶ οὗτος καὶ ὁ Σωκράτης τῶν ἀμφὶ Μίλητον στρατευομένων* (ad quem locum vide Krüger.). V, 8, 6: *ἢ σὺ εἶ ὁ τὸν κάμνοντα ἀπάγων;* Xen. mem. I, 2, 18. Vide Herbst. ad hunc locum. Buttmann. ad Demosth. Mid. 18, not. 9. Hermann. ad Soph. El. 47. Popp. ad Thuc. p.

I. vol. I. pag. 152. Prorsus eadem fuit ratio 6, 5: οἳ τοῦτον ἴσασιν ἐν τῷ πολέμῳ φεύγοντα καὶ ἐκπλεύσαντα Ἀθήνηθεν. Itaque illic quoque invitis Fr. A. Wolfio (ad Lept. 227), Heinrichio et I. Bekkero, omnium librorum scripturam retinuimus. Qui viri etsi proferre possint similem quodam modo locutionem 30, 11: τὸν — φυγόντα εἰς Ῥόδον καὶ προδόντα: non tamen ad unam omnia formulam exigenda. Neque vero illo loco φεύγοντα admitti posset, quod ex additis ἐκ τῆς πόλεως καὶ τῆς χώρας — εἰς Ῥόδον, vel tacente me, facile perspicias. Cum hoc nostro loco compara 30, 2: εὗρε τὸν Φρύνιχον προδιδόντα τὴν πόλιν, τοὺς — εἱρχθέντας, ubi vide notata. Attamen Pinzgeri sententiam probare non possum, ex usitato illo more, quo ὁ φεύγων fere substantivi instar dicatur (vid. Poppo l. c.), utroque loco praesentis participium et explicantis et defendentis. Quis enim, quaeso, in his: οἳ τοῦτον ἴσασιν ἐν τῷ πολέμῳ φεύγοντα κ. τ. λ. cuiuscunque rei, ad substantivi rationem accedentis, vestigium deprehendat? Cuiusmodi explicationem, alibi illam quidem rectam, ne huius quidem loci: τοὺς φεύγοντας τὴν πατρίδα καὶ ἐγκαταλιπόντας τότε — structura et cohaerentia permittit. Itaque tenendum, φεύγειν vel nude positum vel additis τὴν πατρίδα (rarius) ἐκ τῆς πατρίδος, saepissime esse exsulare, exsulem esse; plerumque quidem de eiectis atque expulsis, h. l. de eo, qui sponte et perfido consilio patria abstinuerit, dictum. — Ceterum τότε simul cum φεύγοντας et cum ἐγκαταλιπόντας iunge. Eodem modo 6, 5 ἐν τῷ πολέμῳ additum ad φεύγοντα καὶ ἐκπλεύσαντα.

ὡς πολεμίους] Libri scripti τοὺς πολεμίους, »ut reponendum sit, quod infra est (§. 89. 97. 136) τοῖς πολεμίοις.« I. Bekker. Quae coniectura mihi quoque placet. Loci ab eo laudati sunt 20, 7. 23, 3. 35, 2.

εἴς τινα τῶν πολιτῶν τοιοῦτόν τι παρανομῆσαι] i. e. ἀλόγως καὶ ἀδίκως ἀποκτείνειν τινά. — Ex A B Bekker. τινα pro vulg. τινας dedit.

2. Αὐτολύκου] Autolycus Areopagita post pugnam Chaeronensem a Lycurgo accusatus est, cuius causae et ratio et exitus ex ipso hoc loco cognoscitur.

υἱεῖς] Ita Bekker. ex A B. Vulgo υἱούς. Vide Buttmann. gr. max. vol. I. §. 58 (p. 240).

οὐκ ἀπέδωκε τὰ τροφεῖα] Commode citavit A. G. Bekker. Lys.

epitaph. p. 124: ἐτελεύτησαν δὲ τὸν βίον, ὥςπερ χρὴ τοὺς ἀγαθοὺς ἀποθνήσκειν, τῇ μὲν πατρίδι τὰ τροφεῖα ἀποδόντες.

ἐψηφίσατο] De hoc loco vide excurs. I extrem.

3. τῶν δικάζειν λαχόντων] qui sorte iudices creati estis. Sic Demosth. Mid. p. 551, 1 (31, f.): βουλεύειν μου λαχόντος. De re vide Schoemann. de sortitione iudicum apud Athen. Id. in libro, qui inscribitur: *Der Att. Process*, pag. 126 sqq.

πάντων γὰρ ἀνθρώπων] Heinr. ἄρα, I. Bekker. ὅρ' excudendum curarunt. Quae mutatio, nisi misere fallor, summopere contra huius loci rationem repugnat. Interrogationis enim praegressae est sensus: τούτοις ὑμεῖς οὐ ψηφιεῖσθε ἐναντία. Vide de particula γάρ post interrogationes posita Zeun. ad Viger. p. 496 et Herm. ad eund. p. 829. Intelligo equidem iam pro ἔσεσθε et ἕξετε magis aptum videri optativum cum ἄν particula. At futuri ea vis est, ut sententia confidentius pronuntietur. Quod autem I. Bekkerus comparavit 8, 11: πάντων ἄρα ἀνθρώπων κ. τ. λ. illius loci natura vel maxime differt. Nam haec interrogatio: τούτοις ὑμεῖς ἐναντία ψηφιεῖσθε, argumentis gravissimis positis, plane negat rem tanquam ex auctoris mente minime dubiam. At 8, 11 interrogatio, οὐκ ἀποκτενεῖτε, non est affirmantis, ut propter additam negationem esse debebat, si pari, atque haec, poneretur potestate, sed indignantis est vel mirantis ridentisque. Nimirum orator ponit vel simulat se ponere apud animum suum, iudices reum non esse damnaturos (cf. 30, 9. 11.), atque hoc cum indignationis et irrisionis significatione pronuntiat. Qua mente pergit πάντων ἄρα, quae particula concludit, ironiam continuans cum indignatione coniunctam. Cf. ad 18, 4. 36, 4. Viger. p. 488. Eadem vi οὖν reperitur loco simillimo 30, 11. — Differentiam vero utrorumque verborum efficit ἔπειτα, quod 8, 11 interrogationis initio positum, ab hoc loco abest. Cf. 18, 4. 30, 5. 11. 37, 3. n. Dinarch. in Demosth. 97 (p. 66 R.). 102 (69); in Arist. 11 (p. 83). Pari modo εἶτα dicitur, de quo Valcken. ad Eur. Phoen. 549: »Quando scilicet apud Atticos initio sententiae positum interrogat, εἶτα cum affectu pronunciandum vel indignantis est vel admirantis vel ridentis, sic tamen, ut risum expresserit indignatio: Latine saepius reddi potest itane? Siccine vero? Ergo?« Cf. Herbst. ad Xen. Mem. I, 4, 11.

κινδυνεύοντας] »nescio an praestet κινδυνεύσοντας.« I. Bekker. Vide ad 2, 3.

Cap. XIV.

1. τὴν πυλίδα] V. 6, 2. n.

ἔπειτα] V. 30, 8. n.

μόνος] Ita I. Bekkerus atque MSS. omnes. Vulgo μόνοι, quod, quoniam οἱ κατ' ἐμπορίαν πλέοντες praecessit, per se vitii suspicione caret. Librorum tamen scriptura consentanea, hoc certe loco sana, et depravationis causa aperta. Nam nihil refert, utrum sententia haec plurali an singulari expressa cogitetur, ut a plurali ad singularem oratio facile transeat, quasi ὁ κατ' ἐμπορίαν πλέων praemissum sit. Cf. 15, 2: ἐκ μὲν τοῦ κακῶς πράττειν τὰς πόλεις μεταβολῆς τυχεῖν ἐπὶ τὸ βέλτιον εἰκός ἐστιν, ἐκ δὲ τοῦ πάντα πασιν ἀνάστατον γενέσθαι (sc. πόλιν) etc. 28, Tyrt. v. 28. n. Contra etiam pluralis sequitur singularem pronominis indefiniti, ut Plat. Gorg. 521, b: μηδ' (sc. εἴπῃς) ὅτι ἀφαιρήσεται, ἐάν τι ἔχω, ἵνα μὴ αὖ καὶ ἐγὼ εἴπω· ὅτι ἀλλ' ἀφελόμενος οὐχ ἕξει ὅ, τι χρήσεται αὐτοῖς. Vide Popp. ad Thuc. p. I. vol. I. pag. 99 sqq.

μετὰ παιδὸς τοῦ διακονοῦντος] Z. et Heinr. μετὰ τοῦ παιδὸς τοῦ δ. Cf. 11, 1: ἱερὰ τὰ πατρῷα.

2. ὡς ἔμπορον] Particulam I. Bekkerus delendam suspicatus est, neque ego probam esse contendam. Quodsi decantatam illam librariorum ignorantiam reputamus ac temeritatem, ex superioribus ὡς ἔμπορος, nisi me fallit opinio, huc pertractum est. Etenim non est oratoris sententia, ut specie et simulatione mercatus, sed vero negotiandi consilio Megaris potissimum, oppido ad mercaturam faciendam non valde idoneo, Leocrati habitandum fuisse neget. Sed tamen quum ante participium et futuri et praesentis ὡς non modo quasi significet, sed de consilio quoque ponatur, equidem dubius adhuc sum, numne ante substantivum iure reprobretur, quod praesertim ab eodem cum verbo ἐμπορεύεσθαι radice natum sit. Hoc enim facilius in participii constructionem cedere potest.

κατοικεῖν] »quidni μετοικεῖν?« I. Bekkerus. Cf. 21, 1. n.

τὰ ἱερὰ τὰ πάτρια] Cf. ad 8, 8 et 9.

εἰ μὴ κατεγνώκει τε αὑτοῦ] Reiskius *γ' ἑαυτοῦ* coni. At *τέ* particula hoc loco traiecta est; proprie enim dicendum fuit: *κατεγνώκει αὑτοῦ προδεδωκέναι τε τὴν π. καὶ μεγάλα* etc. Sed orator ita ordinem instituit, ac si verbum, quod illi *κατεγνώκει* responderet, subsecuturum esset: *καὶ μεγάλα πάντας ἠδικηκότι ἑαυτῷ συνῄδει*. Cf. 30, 3, n. Krüger. ad Xen. an. I, 2, 21.

ὅ] quare. Vid. Valcken. ad Eur. Phoen. 157 (p. 204 sq.). Hermann. ad Vig. 706. Pinzger ad h. l. Cf. 19, 4.

γένοιτ' ἂν ἀτοπώτατον, εἰ — ἀπολύσετε] Vid. ad 16, 4.

3. *ἐμπορίαν*] A B *ἐμπορείαν*, sicuti mox iidem et L; praeferenda fortasse haec forma et hoc commate et supra §. 1.

καὶ κατ' ἐργασίαν ἐκπλεῖν] Permirum, *καί* particulam cur Taylorus damnaverit, I. Bekkerus uncis incluserit. Est enim etiam, vel, adeo, maximeque refertur ad *ἐκπλεῖν*.

ἂν ἐζήτησεν] *ἄν* bis terve ponere, praecipue tamen post sententias intermedias, Graecis placet. Vid. 17, 7. n. Herm. ad Vig. 818. Thuc. I, 77. 136. Xen. an. IV, 6, 13. Plat. Gorg. 447, d.

ἄξιον] vid. ad 16, 5.

4. *ἀλλὰ καὶ*] *καί* om. Z X. Osann. et Pinzger; non male. Nam post *οὐ μόνον* fere ponitur *ἀλλὰ καί*, ubi a minori ad maius, *ἀλλά*, ubi a maiori ad minus transitur; vel ubi, altera enuntiati parte posita, prior per se intelligitur atque manifesta est, ut ordine inverso ne dicam, nedum usurpare liceat. Zeun. ad Vig. 522. Herm. ad eund. 837. Wolf. ad Lept. 257. Zumpt. gr. Lat. §. 84, 4. Est enim eadem ratio coniunctionis sed (verum) sine quoque vel etiam post non modo positae. Cic. Manil. c. 22. extr. Iam vero utrum maius fuerit patriam contra leges debita ope et defensione privasse, an apud iudices ementita negotia excusasse, id quidem non difficile ad iudicandum. Nihilo minus tamen illorum certe codicum auctoritate sola nondum moveor. Nam quamvis a graviori peccato ad levius transitur delictum, tamen in summa sententiae gradatio ad fortius quaedam inest; ira enim vehementior et acerbior est, quae non factis solum commovetur, sed dictis et mendaciis acuitur.

οὐδὲ πώποτε] Sic I. Bekker. Vulgo *οὐδεπώποτε*.

χαλκοτύπου;] i. e. *ἐργαστήριον οἰκετῶν χαλκοτύπων*. Ita Libanius (vita Demosthenis p. 2, 8 R.) patrem Demosthenis *ἐργαστή-*

ριον οἰκετῶν μαχαιροποιῶν habuisse narrat. Vide A. G. Bekker ad h. l.

τῆς πεντηκοστῆς] Cf. 6, 5. n. Articulum cum Heinrichio addidi.

Cap. XV.

1. ἥξει — φερόμενος] ad illam confugiet excusationem. Λόγος h. l. est offuciae verborum, excusatio frigida et commenticia. Vide Reisk. in ind. Graecit. Demosth. h. v. Cf. 8, 4, ubi veritati; 9, 3, ubi facto opponitur. Φερόμενος significat praecipitem confugientis properationem, nisi quis audacem potius confidentiam et intrepidam temeritatem excusantis, qua ad mendacia pergat, indicari putet.

συμβεβλήκασί τινες] »nonnulli composuerunt, ut Latini coniicere in chartam (nectere dolum, struere fallacia consilia, mendacia. Bl.): videtur autem contemtum huius argumenti innuere orator.« Hauptmann. I. Bekkerus ex A B συμβεβουλεύκασι recepit, quod vulgatae lectioni haud praetulerim, etsi plurimum et ipse alias tribuens illis libris. L. P. συμβεβήκασί.

συνηγόρων] Vide Schoemann. in libro: *d. Att. Process* p. 708 sqq.

οὔτε γὰρ νεωρίων κύριος] sc. ἦν vel γενέσθαι. — Κύριος est, qui alicuius rei habet potestatem, ei praeest.

ἄν τι προδοῦναι] i. e. ὅτι ἄν τι προδοῖεν.

τῶν πατρῴων νομίμων] Cf. 8, 8. 9. nn. Huius in templa ac delubra deorum impietatis et proditionis Lycurgus 3, 3. 6, 2. 11, 4. 32, 2 (cf. not. ad 8, 8), illius, qua in mortuos reus peccaverit 11, 11 meminit. Νόμιμα autem sunt, quae fieri ius fasque est, praecipue defunctis Manibus; cf. Dinarch. in Aristog. 8 (p. 81 R.); alibi τὰ νομιζόμενα. Ibid. 18 (p. 87). Demosth. de cor. 308, 2. R. in Timocrat. 733, 28. Simul tamen h. l. significat sacra statuta ac debitos diis honores; cf. 32, 2 et iterum τὰ νομιζόμενα apud Demosthen. in Neaer. 1370, 23.

2. δούλην οὖσαν τὴν πόλιν, ὃν δὲ τρόπον] Ita e Reiskii coniectura Heinr., Bekker. et Pinzger. Libri δούλην δὲ οὖσαν τὴν πόλιν ὃν τρόπον.

ἂν γενέσθαι] Pertinet particula ad συνέβαινε, quod repetendum.

γενέσθαι ἀνάστατον] V. ad 14, 1.

ἐλπὶς — μεταπεσεῖν] Infinitivus aoristi post verba et nomina sperandi, pollicendi etc. inferri solet, quum res uno quasi ictu peragenda significatur. Krüger. ad Xen. an. I, 2, 2. ad Dionys. historiogr. p. 101. Baehr. ad Plutarch. Alcib. p. 142. 270. Bremi ad Lys. excurs. VIII. Cf. supra 3, 4. n.

ἀτυχίαν] εὐτυχίαν, quod, postquam Taylorus coniecit, Reiskius recepit, in A et X legi, auctor est Osannus. At I. Bekkerus de A nihil notavit, meritoque vulgatam tuitus est. Bene enim haec inter se respondent: συναιρεῖται πάντα, δι' ὧν ἄν τις εὐδαιμονήσειεν, atque συμβαίνει πέρας ἔχειν τὴν ἀτυχίαν. Etenim sublatis omnibus, quae ad beatitatem faciant, summa demum miseria incipit. Nam πέρας ἔχειν est ad culmen pervenisse, perfectum atque consummatum esse, ut nihil addi possit. Apposite A. G. Bekker. citavit Demosthen. Mid. p. 550 R. (§. 31, d.): τί γὰρ ὡς ἀληθῶς πέρας ἂν φήσειέ τις εἶναι κακίας, ἢ τίνα ὑπερβολὴν ἀναιδείας etc. Cf. Isocrat. Panegyr. p. 53 Lang. (§. 5. Bekk. p. 42 Steph.): — ἢ τὸν λόγον ἤδη τις ἔχοντα πέρας, ὥςτε μηδεμίαν λελεῖφθαι τοῖς ἄλλοις ὑπερβολήν. Cf. Id. Philipp. p. 164. Lang. (§. 141 Bekk. p. 110 s. fin. Steph.): ἐγὼ μὲν γὰρ ἡγοῦμαι ταῦτα πέρας ἕξειν· οὐδένα γὰρ ἄλλον ποτὲ δυνήσεσθαι μείζω πρᾶξαι τούτων. — Osannus tamen et Pinzg. εὐτυχίαν posuere, non sentientes illi, quam frigida evadat sententia.

3. ὑπὸ τῶν τυράννων] Pisistratidas intelligit.

τῶν τριάκοντα] Cf. 30, 14.

προστάται γενέσθαι] scilicet post Pisistratidas expulsos fugatosque Persas, non post Peloponnesiacum bellum. Sed oratoris non interest, tempora distinguere.

4. τοῦτο μὲν — τοῦτο δὲ] Matth. gr. §. 288, not. 2.

εἰ καὶ παλαιότερον εἰπεῖν ἐστι] De coniunctionibus εἰ καί vide Herm. ad Vig. 832. Infinitivus supini secundi instar est positus. Viger. p. 203. Matth. gr. §. 535, b. Cf. 28, Tyrt. v. 26. n. v. 29. Demosth. Mid. 522 R. (§. 9): ἐμοὶ μὲν ἀναγκαιοτάτους προειπεῖν ἡγοῦμαι, ὑμῖν δὲ χρησιμωτάτους ἀκοῦσαι. Cf. ad 29. Pinzgerus quidem ἔστι scripsit pro ἐστι, ut καί cum παλαιότερον coniungendum sit; de qua re vid. Herm. l. l. At cave putes, ἔστι simpliciter pro ἔξεστι posse poni; nam ἔστιν εἰπεῖν idem foret quod ἔχω εἰπεῖν.

τὴν Τροίαν τίς οὐκ ἀκήκοεν, ὅ τι] Buttm. §. 138, I, b. Matth.

§. 296. Krüger. ad Xen. an. I, 6, 5. 8, 21. Cf. 21, 1. 23, 2. nn. 30, 1.

πάσης ἐπάρξασα τῆς Ἀσίας] Utut verba explicantur, manet hyperbole rhetorica. Neque accuratius tempus definit, quo peracto Messene instaurata sit.

Μεσσήνην] Urbem Messenen probabile est ante Epaminondam nullam unquam exstitisse. Cuius sicubi antiqui scriptores e temporibus Laconicorum bellorum atque adeo superiori aetate memoriam repetere videntur, Ithome arx est intelligenda. *Manso Sparta* III. *Beil.* 11 et I. *Beil.* pag. 251. *Mannert Geogr. d. Gr. u. Röm.* VIII. p. 550 sq. — Pausanias in Messen. c. 27 (cl. Diod. XV, 66) circiter trecentesimo, posteaquam Messenii expulsi fuerint, anno ab Epaminonda civitatem instauratam tradit, videlicet ab Ira eversa (a. 668 a. Chr.) annos computans. Contra Dinarchus in Demosth. §. 73 (p. 52 R.) quadringentos numerans annos ab Ithome excisa tempus metiri videtur. Quae quum annis plus 350 ante Messenen ab Epaminonda conditam capta sit, oratorem haud graviter reprehendes integra complentem quatuor secula, ubi parvi refert, decenniis aliquot citra digrediatur an ultra. At neque cum Pausania nec cum Dinarcho noster consentit; quod, ut apud oratorem, non ita mirum videtur. Vide praeterea de non mediocri scriptorum in huius temporis descriptione annorumque numero discordia Wesseling. ad Diodor. l. c. Perizon. ad Aelian. v. h. XIII, 42. — Libri omnes Μεσήνην. Cf. Osann. ad h. l. et Schmidt. ad Dinarch. l. c. — Οἱ τυχόντες sunt quicunque forte fortuna offerrentur, *die Ersten Besten.*

Cap. XVI.

1. τῶν συνηγόρων αὐτῷ] Vide 15, 1. n. Pro αὐτῷ Heinrich. ex Z αὐτοῦ recepit. Sed vide de hoc dativo ad substantiva verbalia posito Matth. gr. §. 390. Duker. ad Thuc. V, 46. Poppo ad Thuc. p. I. vol. I. pag. 125. Valcken. ad Eur. Phoen. 941. Hoc modo Plat. Gorg. 522, d: βοήθεια ἑαυτῷ dicit, sicuti τὸ βοηθεῖν ἑαυτῷ construas.

παρ᾽ ἕνα ἄνθρωπον] Παρά cum acc. h. l. est propter. Viger. p. 645, regula III.

ἂν ἀποθάνοιεν] Cf. 35, 4. 30, 4. 5.

περὶ τοῦ μεγέθους] intell. *τοῦ ἀδικήματος.*

οὐ μανία δήπου] »nec negationi neque interrogationi convenit cum illo, quod instat, *δήπου.*« I. Bekker. Est enim *δήπου* utique, sane, *doch wohl*, ut sensus plane abhorrens ab argumentatione scriptoris evadat. Cf. Aristophan. Acharn. 122: *ὁδὶ δὲ τίς ποτ᾽ ἐστίν; οὐ δήπου Στράτων; doch wohl nicht Straton?* Cf. Xen. an. VII, 6, 16. Plat. Gorg. 459, a. Ion. 536, c. Hoogeven. doctr. partic. Gr. ed. Schütz. p. 208 sq.

ὡς οὐδὲν ἂν γένηται παρὰ τοῦτο] Coniunctivus cum *ἄν* particula num ita, ut per se constet, pro optativo cum *ἄν* coniuncto apud solutae orationis scriptores reperiatur, valde dubium adhuc esse videtur. Haack. ad Thuc. I, 84. Popp. ad eund. p. I. vol. I. pag. 138. Cf. infra 32, 1. n. Im. Bekkero haud equidem concesserim, legendum esse aut *ἂν ἐγένετο* aut *γεγένηται* omisso *ἄν*. Supra quidem dictum est: *ὡς οὐδὲν ἂν παρ᾽ ἕνα ἄνθρωπον ἐγένετο τούτων*, haud futurum fuisse, ut propter unum hominem illarum rerum quidquam accideret, sc. si hostes urbem vere aggressi essent; quod non fecerunt. Enimvero huius sensus est loci: id (*τοῦτο* i. e. *τὸ τὴν πατρίδα αὐτὸν ἐκλιπεῖν*) nihil profecto interesse vel interfuisse. Nam *τοῦτο*, quae omnium MSS. est lectio, pro vulgato *τοῦτον* restituendum duxi, praeeunte Osanno. Pinzger. coni. *ἂν γεγένηται.* Id haud prorsus spernerem, modo in codd. legeretur. Cf. Seidler. ad Eurip. Electr. 1116. Krüger ad Dionys. historiogr. p. 57. Quanquam adversantur grammaticorum plurimi. Vide Wolf. ad Lept. p. 344. Utut res se habet, mutare lectionem omnium librorum religio fuit. De formula *οὐδὲν παρὰ τοῦτο*, quae est contemnentis aliquam rem ut parvam, vide Reiz. ad Viger. ed. Herm. p. 862. Buttmann. in ind. ad Demosth. Mid.

2. *παρὰ τοῦτον εἶναι τῇ πόλει τὴν σωτηρίαν*] in hoc (i. e. in Leocrate) sitam esse civitatis salutem. Cf. Demosth. de cor. 305, 2 sq.: *πάνυ γὰρ παρὰ τοῦτο γέγονε τὰ τῶν Ἑλλήνων πράγματα.* Viger. p. 645, regula V. — MSS. et Ald. *τούτων.*

κατὰ τὴν ἰδίαν ἑκάστου μοῖραν φυλαττομένη] pro virili parte unoquoque tuente.

παρίδῃ] MSS. *παρίδοι*, quod Osann. recepit, citans Matth. gr. §. 521, not. 1. et Herm. ad Vig. 792. Cf. ad 24, Eur. v. 28. At quae hi viri de optativo post *ὁπόταν* etc. disputant, sicuti omnia ab

illis allata exempla, ad huius loci rationem prorsus non sunt accommodanda. Quanquam et Pinzger. cum Osanno facit. Vid. Popponem ad Thuc. p. I. v. I. pag. 144.

3. ἑκατὸν τάλαντα κλέψαντι] V. Meier. in libro: *D. Att. Process* p. 356 sqq., praecipue 358. Vide tamen not. ad verba mox sequentia: ἐπὶ πᾶσι καὶ τοῖς ἐλαχίστοις etc.

τὸν μὲν μεγάλα ἱεροσυλήσαντα ἀπέκτειναν] V. l. l. p. 361. Meier. de bonis damnatorum p. 15. Ceterum ἀπέκτειναν, ἐκόλαζον est: necandos, puniendos esse statuerunt. Cf. ad 21, 3.

εἶργον τῶν νόμων] Quod in plerisque editionibus recentioribus est, νομίμων, Stephani debetur coniecturae, cui etiam I. Bekkerus morem gessit. Sed quidni dici potuit εἴργειν τινὰ τῶν νόμων, legibus, legum benificio aliquem excludere; h. e. civitatem adimere. Demosth. in Mid. 544 (25, f): ἀτιμία καὶ νόμων καὶ δικῶν καὶ πάντων στέρησις. Sic infra 36, 2: ἱερῶν, ὁσίων, ἀγορᾶς, νόμων, πολιτείας μεθέξων. Demosth. Mid. p. 551 (31, h): οὐ μέτεστι τῶν ἴσων οὐδὲ τῶν νόμων. Ubi ὁμοίων pro νόμων vulgatur quidem, sed hoc ex praestantissimis codd. restituendum ego duxi. Cf. 22, 1. n.

ἐπὶ πᾶσι καὶ τοῖς ἐλαχίστοις παρανομήμασι] Ex his Draconis leges oratorem potissimum respicere coniicias; de quibus Plutarchus in Solone pag. 349 Reisk: μία γὰρ ὀλίγου δεῖν ἅπασιν ὥριστο τοῖς ἁμαρτάνουσι ζημία, θάνατος. etc.

4. τὸ ἴδιον — τοῦ γεγενημένου πράγματος] ratio facinoris per se spectati propria.

εἰ πέφυκε τὸ ἀδίκημα — βλάπτειν] num tale sit delictum, quod auctum et propagatum multum noceat. Cf. 2, 3. n. Plutarch. de invid. et odio T. VIII. pag. 126 Reisk.: ὃ γὰρ δεδίασι καὶ μισεῖν πεφύκασιν. Dionys. Hal. de Thuc. iudic. 27, 1: ᾧ πεφύκαμεν ἀντιλαμβάνεσθαι τῶν ἡδέων ἢ ἀνιαρῶν. 7, 3: ἣν (ἀπάτην) ἐκεῖναι πεφύκασι φέρειν αἱ συντάξεις.

Μητρῷον] De Metroo, qua in aede, prope a quingentorum curia sita, leges descriptas reponebant Athenienses, vide Schmidt. ad Dinarch. in Dem. 86 (p. 60 R.). Schoemann. de comit. Athen p. 129. Rambach. in not. ad Potteri Archaeol. G. T. I. p. 80. Pinzger ad h. l.

παρὰ τοῦτον] τὸν νόμον intelligas. Non opus est τοῦτο eo

rigere, quod post Reiskium Osannus et Heinrichius fecerunt. Cf. supra §. 1. n.

ἂν ἀπεκτεῖναι'] Ex vulgari dicendi modo aut hic ἂν ἀποκτεῖναι' aut ante ἐξήλειψεν, εἶτ' ἀπελογεῖτο ponere debuit. Buttm. gr. §. 126, 9. Matth. §. 508, b et c. 523, 2. Sed vid. ibid. §. 524, n. 3. Cf. Pinzger. et Osann. ad h. l. Ceterum rationes conditionalium enunciationum varie inter se commixtae passim apud Nostrum exstant. 14, 2: γένοιτ' ἂν ἀτοπώτατον, εἰ ἀπολύσετε. Cf. 18, 3. 22, 1. nn. Bremi ad Lys. excurs. VII.

5. εἷς ἐστι μόνος] εἷς μόνος saepius ita coniunguntur, v. c. Aeschin. in Ctes. p. 532, ult. Plat. Gorg. 472, c. 475, e. Ion. 533, a. Schaefer. melet. crit. p. 19 sq. Iacobs. Add. ad Athen. p. 190.

ἀλλ' εἰς τὸ πρᾶγμα] Pro εἰς Taylor. εἰ (quod in Aldina est), Reisk. εἰ καί, Bekker. οἷον coniecerunt. Schmidt. in censura editionis Osanni (in Seebodii bibl. crit. 1822. vol. I. p. 242) restituendum putat: ἀλλ' εἰ ἔστι τὸ πρᾶγμα. A. G. Beckerus, Hauptmannum fere et Schulzium subsecutus, mente supplet ἀποβλέπετε. Mihi quidem excidisse quaedam videntur. Digna est, quae conferatur, Osanni ad h. l. annotatio.

μόνος τῶν ἄλλων πολιτῶν] s o l u s n e q u e c e t e r o r u m q u i s q u a m c i v i u m. Vide ad 26, 1.

ἰδίαν τὴν σωτηρίαν] Cf. 1, 1. 2, 4. nn.

C a p. XVII.

1. τῶν μετὰ τούτου] i. e. τῶν συνηγόρων. Cf. 15, 1. n. 16, 1.

ᾤχετο] qua solet, aoristi positum est potestate.

καὶ γάρ] Hinc transitus est in orationem rectam ab obliqua. Cf. Xen. an. IV, 8, 10. V, 6, 19. Vide Krüger. ad I, 3, 14. Id. ad Dionys. historiogr. p. 205. Heindorf. ad Plat. Protag. §. 35.

καὶ οὕτως ἐστὶν ἀνόητος] sc. ille, qui isto modo ratiocinetur. *Καί* in principio sententiarum saepe liberius annectit, ut *δέ*, Latinorum a c. Cf. 16, 2. 32, 1.

2. πρὸς τὸν ἐπιόντα κίνδυνον καλῶς βουλευσάμενοι] Herodot. VIII, 40. 41. Plutarch. Themistocl. p. 458 ed. Reisk.

3. Ἐτεόνικος μὲν γὰρ ὁ Λακεδαιμόνιος καὶ Ἀδείμαντος ὁ Κορίνθιος καὶ τὸ Αἰγινητῶν ναυτικὸν] Herodot. VIII, 56—63. 74—83. Plutarch. Them. p. 463. Adimantus Corinthiorum classi praefectus

nominatim commemoratur ab Herodoto VIII, 59 et 61. De Eteonico Spartauo mihi certe nihil innotuit. Credibile tamen est, quum praeter Corinthios Spartani (l. l. 79) in Peloponnesum navigare cuperent, ipse autem Eurybiades dubius et inops consilii esset (l. l. 74), Eteonicum quendam auctoris partes occupasse et popularibus exstitisse voluntatis interpretem, inque Themistoclem fortasse invectum esse, sicut Adimantus ex Corinthiis. Verum quod Aeginetas quoque Lycurgus eiusdem consilii participes fuisse prodit, in hoc plane repugnat Herodoto, et Athenienses et Megarenses et Aeginetas diserte excipienti. Herod. VIII, 74. Sed quidni oratorem quum communi odio, cuius variae inde a Themistoclis temporibus inter Athenienses et Aeginetas intercedebant caussae, tum contemtui, in quo Aeginetae ab Atheniensibus haberi solebant (cf. Demosthen. in Aristocrat. 690, 26 sq.) hoc tribuisse credas?

αὐτοῖς πορίζεσθαι] Cf. ad 11, 8. 36, 1. Schaefer. ad Dionys. Hal. p. 88.

ὡς ἑκατέρων προςῆκε] sc. *περιγίγνεσθαι*. Cf. Krüger. ad Xen. an. I, 2, 15. Demosth. Mid. p. 535 (18, g.): *οὔθ' ὅλως προςιόντα, ὅποι μὴ προςῆκεν αὐτῷ.*

τοὺς μὲν εὐεργετοῦντες, τοὺς δὲ μαχόμενοι νικῶντες] h o s b e n e f i c i i s, i l l o s p u g n a n d o v i n c e n t e s. Participia hac ratione coniuncta haud raro leguntur. Dinarch. in Aristogit. §. 14 (p. 83 extr. R.): *ὃν οἱ νόμοι μὲν πολλάκις ὑμῖν παραδέδωκασι τιμωρήσασθαι κατεψηφισμένον ὑπὸ τῶν πολιτῶν ἐνδειχθέντα.* Vide Schmidt. ad h. l. Non recte observat Hermannus (ad Soph. Oed. Col. 172), eam esse huius constructionis rationem, ut praecedat illud participium, quod, separatim enuntiata sententia, indicativus esse verbi debeat. Immo et hoc Lycurgi loco et apud poëtam secundum eiusdem Hermanni emendationem illud praegreditur participium, quod secundarias obtinet partes. Nam *σοὶ πιστεύσας μεταναστάς* meo quidem iudicio est *ὅτι μετανέστην, πιστεύσας σοι.* Quanquam apud Dinarchum l. c postponitur id, quod alteri subiectum est participium. Cf. ad 20, 3. n.

ἆρά γε ὅμοιον] Supple *ταῦτ' ἐποίησαν* vel *πράττοντες.* Cf. not. ad 21, 3. *Ὅμοιον* pro adverbio habeo.

4. *ἦ που ταχέως ἂν ἠνέσχετό τις — ἀριστείαν*] Signum interrogandi cum simplici interpunctione mutandum nos quoque du

mus, ut ab I. Bekkero factum est. Nam ἦ που ironice dictum. Facile, credo, illorum quisquam tulisset tale facinus. Eandem vim mox obtinet: ὅπου δὲ καὶ τοῦ λόγου τιμωρίαν ἠξίουν λαμβάνειν, ἦ που τὸν ἔργῳ κ. τ. λ. Plutarch. praecept. polit. p. 816 (T. IX. p. 252 s. Reisk.): ὅπου τοίνυν ἀνδρὶ τἄλλα θαυμασίῳ, τῷ Σκιπίωνι, μικρὸν οὕτω φιλανθρώπευμα παραλειφθὲν ὑπεροψίας ἤνεγκε δόξαν, ἦ που κολούων ἄν τις ἀξίωμα συνάρχοντος — ἐπιεικὴς ἂν φανείη καὶ μέτριος. Dionys. de Thuc. iudic. III, 5 (p. 67 Krüger.): ὅπου δὴ περὶ δογμάτων διαφερομένους οὐδεὶς μέμφεται τῆς προαιρέσεως — —, ἦ που κ. τ. λ. Vide Wyttenbach. ad Plutarch. Moral. T. I. pag. 299. Viger. p. 412. ibique Hoogeveen. in nota, Hermann. ad Sophocl. Ai. 987. — *Ταχέως* h. l. idem valet quod τάχα. Vide ad 34, 1.

ἀλλ' οὐκ] potius quam. Quae congrua interrogationibus atque ironicis sententiis translatio esse solet. Veram particulae vim, interrogatione aut ironia sublata, facile perspicies: οὐδεὶς ἂν ἐκείνων ἠνέσχετο τὸ ἔργον, ἀλλ' ἂν κατέλευσαν κ. τ. λ.. Cf. Krüger. ad Xen. an. II, 1, 10. Quod rem attinet, Lycurgus respexisse videtur ad ea, quae Herodotus IX, 5 narrat. Cf. 30, 12. n. Sed tamen fortasse et Cyrsili exemplum mente tenebat. Cic. de off. III, 11. Demosthen. de cor. p. 296, 9. Valcken. ad Herodot. l. c.

Ἀλέξανδρον] Herodot. VIII, 143.

γῆν καὶ ὕδωρ ᾔτησε] Apte confert Morus Herodot. IV, 126. Curt. III, 10, 8. Vid. Freinshem. ad Curtii l. c.

οὐ μεγάλως] Particulam negandi, sive ad μεγάλως tantum sive ad cuncta illa μεγάλως — ἐκόλασαν referendam ex ironia explicabis. Vide quae modo de ἦ που disputavimus. I. Bekkerus, sublata negatione demum interrogandi signum delendum censens, ironicam dicendi rationem se non intellexisse aperte prodit.

5. ἐνενήκοντα μὲν ἔτη] Hic numerus modum longe excedit. Ipsi enim oratores, per sexaginta vel septuaginta annos principatum Graeciae penes Athenienses fuisse, aliis locis sunt auctores. Isocrat. Panath. p. 357. Lys. epitaph. 57. Nihil tamen mutandum. Nam et hoc numero et iis, quae subinde commemorat, rem auget atque exornat. Cf. Taylor. et Pinzger. ad h. l. Krüger. in l. *Neues Archiv f. Phil. u. Paed.* I, 3. p. 93.

Φοινίκην δὲ καὶ Κιλικίαν ἐπόρθησαν] duce Cimone. Diodor. XII, 3. Idem ad Eurymedontem navali et terrestri proelio uno die

Persas devicit Ol. 77, 3. Diod XI, 60—62.« A. G. Becker. Cf. Thuc. I, 100. 112. Mela de situ orbis I, 14.

6. τὸ κεφάλαιον τῆς νίκης] i. e. ὅπερ ἐστὶ τὸ κεφάλαιον. Matth. gr. §. 432, 5. Buttmann. §. 118, n. 4. Heindorf. ad Plat. Gorg. §. 135 (507, e). Krüger. ad Xen. an. I, 3, 10.

ἀγαπήσαντες ἔστησαν] i. e. ἠγάπησαν καὶ ἔστησαν. Vide de hac participiorum aoristi ratione Herm. ad Vig. 774 sq. Omnino secundum rei naturam dici debebat: στήσαντες ἠγάπησαν. Sed inversus ordo commode ex figura, quam ὕστερον πρότερον vocant, mihi quidem explicari posse videtur. Cf. ad 24, Eur. v. 35. Haud alio modo participium positum Eur. Phoen. 672: γαπετεῖς ὀδόντας.

συνθήκας ἐποιήσαντο] De hac Cimonis pace decantata, quam pro nihilo nisi memorabili oratorum commento hodie habemus, vid. subtilissimam Krügeri disquisitionem in Seebodii libro, qui inscribitur: *Pädagogisches und philologisches Archiv. Jahrg.* 1. *Heft* 2. Nr. 22. Cf. Dahlmann. *Forschungen auf dem Gebiete der Geschichte* I. pag. 1—151.

Κυανέων καὶ Φασηλίδος] Libri Φάσιδος. Quod cum recentioribus dedimus, Φασηλίδος, debetur Wesselingio ad Diod. XII, 4. De Phaselide v. Mela I, 14. De Cyaneis id. II, 7. Plin. h. n. IV, 13. Strab. VII. p. 438.

7. οἴεσθε ἄν] Ἄν pertinet ad γενέσθαι, post repetitum, ubi enuntiatio conditionalis praecessit. V. ad 14, 3.

CAP. XVIII.

1. τίνα τρόπον νενομίκατε] quemnam morem institueritis legibusque sanxeritis. Herodot. II, 51: ταῦτα μέν νυν Ἕλληνες ἀπ' Αἰγυπτίων νενομίκασι. Lex. Seguerian. (in Bekkeri anecdot. vol. I.) pag. 158: νομίζω: νομοθετῶ, αἰτιατικῇ. Δίων πρώτῳ βιβλίῳ· ταῦτά τε οὖν ὁ Νουμᾶς ἐνόμισεν. Confirmant explicationem, quae instaut: ἐγκώμιον γὰρ — οἱ παλαιοὶ νόμοι.

περὶ τούτων] i. e. de eo, quidquid ad patriae defendendae fortitudinisque praestandae officium spectat.

νὴ τὴν Ἀθηνᾶν εἰσι] Accentum verbi copulativi sustuli. Buttmann. gr. max. §. 14, not. 7, §. 15, n. 8.

2. τὸ ληξιαρχικὸν γραμματεῖον] »Apud Athenienses pl

atque perfectum civitatis ius non solebant adipisci nisi octodecim annos nati, qua aetate in curialium album (τὸ ληξιαρχικὸν γραμματεῖον) inscribi solebant.« Schoemann. de comit. Ath. p. 76, ubi cf. sqq. Potteri archaeol. Gr. interpr. Rambach. T. I. p. 164. Iul. Pollux VIII, 9 (p. 447). Spalding. ad Demosthen. in Mid. 43, b.

τὰ ἱερὰ ὅπλα] Articulum ex A inde ab Osanno receperunt. Sacra autem arma vocari videntur, tum quia ad templa et sacra deorum defendenda adhibebantur, tum propter ipsum iusiurandum, quo, ut fortiter et gloriose illis uterentur, cives obstringebantur.

καταισχυνεῖν] Et hoc et ἀμυνεῖν ex Stephani coniectura in editiones recentiores transiit. Libri καταισχύνειν — ἀμύνειν.

ἠσέβησεν] Ita MSS. omnes, nisi quod in L εἰσέβησεν exstat. Itaque vulg. ἠσέβηκεν correxerunt Osannus, I. Bekker., Pinzg. Vide Buttmann. gr. §. 124, 3. Matth. §. 497, not. Cf. 6, 2. n.

παρασκευασάμενος] Hoc A habet. Codd. B L P παρασκευασμένος, impressi omnes παρεσκευασμένος. Quodsi mecum aoristi participium reponis, locutio eodem redit, ac si dicas: εὐθὺς δῆλον ὅτι παρεσκευάσατο. Sin vulgatam retinueris, explicanda erit: εὐθὺς δῆλον ὅτι παρεσκεύασται. Quod perfectum non poterit non ad praesens tempus spectare. Haec vero ratio quum male convenit adverbio εὐθύς, ad παρασκευάζεσθαι, non ad δῆλον εἶναι, referendo, tum certe orator non tam statum illum, quo ad perfidiam Leocrates nunc sit paratus, quam ipsum illud consilium, quo statim ab ineunte aetate officiis se surripere studuerit, in invidiam adducere vult.

ἀνθ᾽ ὧν δικαίως ἂν αὐτὸν τιμωρήσεσθε] *Wofür ihr ihn wohl* (i. e. *sicherlich*) *mit Recht — bestrafen werdet.* Nam ἄν particula cum futuro iuncta rei probabilitatem extollit. Poppo ad Thuc. p. I. vol. I. pag. 138 sq. Cf. ad lib. I. cap. 140 extr. Wolf. ad Lept. 343 sq. Schaefer. ad Gregor. Cor. p. 66. Pinzger. ad Lycurg. p. 236. Krüger. ad Xen. an. II, 3, 18. Reisig. de vi et usu ἄν particulae p. 99 sqq. Quod damus, τιμωρήσεσθε unus A suggessit. MSS. ceteri τιμωρήσοισθε, nisi quod saltem X vulgatum τιμωρήσησθε servare videtur. Heinrichius, I. Bekker. et Pinzger. coniecturam Neophyti Ducae, τιμωρήσαισθε receperunt, Osann. τιμωρήσοισθε.

3. *ΟΡΚΟΣ*] »Ipsa iurisiurandi, ab ephebis in templo Agrauli, in arce sito, praestandi formula conceptis verbis apud Stobaeum Serm. XLI exstat, unde transcribo: *Οὐ καταισχυνῶ ὅπλα τὰ ἱερὰ*

οὐδ' ἐγκαταλείψω τὸν παραστάτην, ὅτῳ ἂν στοιχήσω· ἀμυνῶ δὲ καὶ ὑπὲρ ἱερῶν καὶ ὑπὲρ ὁσίων καὶ μόνος καὶ μετὰ πολλῶν· τὴν πατρίδα δὲ οὐκ ἐλάσσω παραδώσω, πλείω δὲ καὶ ἀρείω, ὅσην ἂν παραδέξωμαι· καὶ εὐορκήσω τῶν ἀεὶ κρινόντων ἐμφρόνως, καὶ τοῖς θεσμοῖς τοῖς ἱδρυμένοις πείσομαι, καὶ οὕςτινας ἂν ἄλλους τὸ πλῆθος ἱδρύσηται ὁμοφρόνως· καὶ ἄν τις ἀναιρῇ τοὺς θεσμοὺς ἢ μὴ πείθηται, οὐκ ἐπιτρέψω, ἀμυνῶ δὲ καὶ μόνος καὶ μετὰ πάντων· καὶ τὰ ἱερὰ τὰ πάτρια τιμήσω. Ἴστορες θεοὶ τούτων, quibus nomina deorum, qui advocantur, e Polluc. 8, 106 haec adde: Ἄγραυλος, Ἐνυάλιος, Ζεύς, Θαλλώ, Αὐξώ, Ἡγεμόνη. Mentionem huius iuramenti iniicit Demosthenes de falsa legat. p. 438, 18, ubi v. Schol. August. Flura intpp. Pollucis l. l. conferunt.« Osann.

καίτοι] atqui. Refertur enim ad totum iurisiurandi argumentum.

ἢ εἰ λαβεῖν μὴ θέλει] Sic recte ex codd. B L P Z X et corr. A, qui pr. θέλῃ, et Osannus et Pinzger. Vulg. θέλοι I. Bekker. retinuit. Vide ad 16, 4. 22, 1.

4. προὔδωκε μείζονι] Speciosa quidem est coniectura Wesselingii ad Petiti leg. Att. p. 232 prolata: τίνι δ' ἂν τὴν πατρίδα παρέδωκε μείζονα; προδοσίᾳ γὰρ τὸ τούτου μέρος κ. τ. λ., nempe respicientis iuramenti verba: τὴν πατρίδα δὲ οὐκ ἐλάσσω παραδώσω. Inde Heinrich. et I. Bekkerus ediderunt: — παρέδωκε μείζονα προδοσίᾳ; τὸ γὰρ τούτου μέρος. Defendit tamen librorum scripturam Pinzgerus, et bene defendit.

εἶτα] Vid. ad 8, 11. 13, 3.

ἄρα] Cf. 8, 11. not. ad 13, 3. Ἄρα longius reiectum et alibi reperies, v. c. Thuc. VI, 76, aeque ac δέ. V. 3, 3. n.

Cap. XIX.

1. τρία γάρ ἐστιν] Cf. 2, 2.

ταύτην πίστιν] Ita et h. l. et mox §. 2. I. Bekkerus ex A recte dedit pro ταύτην τὴν πίστην. Cf. Lys. de caede Eratosthen. 16 extr. (p. 93 Steph.): ταύτην γὰρ τέχνην ἔχει. Sic enim verissime I. Bekkerus emendavit. Vid. Bremi in excurs. II. ad Lys. Cf. ad 3, 5. 20, 1.

2. αὐτοῖς] i. q. ἀλλήλοις. Cf. 36, 4. n. Herodot. I, 97 extr.: πείθουσι ἑωϋτούς.

ἄξιόν ἐστιν] Operae est pretium. Krüger. ad Xen. an 3 (5), 13.

ἀκοῦσαι — πεπραγμένων] Haec, quorum loco ante nihil nisi *ἅ* legebatur, I. Bekker. ex A supplevit.

καί μοι ἀναγίγνωσκε] Cf. ad 9, 1 et 6, 5.

3. *ΟΡΚΟΣ*] Diodor. XI, 29. Cf. Morus ad Isocr. Paneg. 41. Muret. V. L. III, 10.

4. *ἡ πόλις ὑμῶν*] *Ὑμῶν* pro *ἡμῶν* I. Bekkerus ex A B, ut mox ex A, edidit.

ὅ] Cf. 14, 2. n.

τολμᾶν] Cf. 11, 9. n. — Exempla infinitivi praesentis ita positi, ut imperfecti notionem contineat, neque difficultatis neque offensionis habent quidquam, ubi tempus praecedit historicum, cui res eodem tempore arcte iungatur. At solet hoc modo etiam post praesentia usurpari. Xen. an V, 8, 19: *εἰ δὲ ὕβρει νομίζετέ με ταῦτα πράττειν.* Dinarch. in Demosth. 100 (p. 68 R.): *τί φασι τοὺς πρὸ ἡμῶν γεγενημένους διατελεῖν ποιοῦντας.* Plat. Gorg. 517, c: *ὁμολογῶ δεινοτέρους εἶναι ἐκείνους τούτων ἐκπορίζειν.* Demosth. Mid. p. 561 (40, a): *ἐκεῖνος* (Alcibiades) *γὰρ λέγεται πρὸς πατρὸς μὲν Ἀλκμαιωνιδῶν εἶναι.* Quibus locis aoristum aptiorem fuisse putes. Sed imperfecti infinitivus durationem et diuturnitatem denotat. Itidem post tempora historica saepissime hic infinitivus reperitur, ubi aoristum exspectes. Matth. gr. §. 499. Cf. ad 23, 1. Eundem usum etiam apud Latinos obtinentem illustrat Perizonius ad Sanctii Minerv. lib. I. cap. 14. not. 1.

ὥστε μὴ τ. π. ἀδοξεῖν] De hoc modo coniunctionis *ὥστε* utendae Hoogeven. doctr. particular. Gr. cap. 54. sect. 2, 35 ita sentit: »Usum finalem vix ausim adscribere *τῷ ὥστε*, neque ei tamen derogabo. R a t i o e s t a r c t a a f f i n i t a s i n t e r e f f e c t u m e t c a u s a m f i n a l e m. Certe *ὥστε* cum infinitivo construitur, ubi res nondum sortita est effectum, atque ita commode redditur u t, i. e. *ἵνα*. Vide Xen. institut. (Cyri) III, p. 73 (i. e. cap. 2, 16). Thuc. IV, 23 extr.« Sed loco Thucydidis *ὥστε* unum explicat enuntiationis praegressae vocabulum, *καιρόν;* apud Xenophontem autem l. c. est e a c o n d i t i o n e, u t. Certe ubi consecutio in cogitatione est posita, plerumque huius coniunctionis rationem proxime ad vim finalium particularum accedere, quum illo Xenophontis loco tum nostro satis manifestum.

εὔκλειαν, ταύτην] Incidi post *εὔκλειαν.* Cf. 22, 1 — *ἀκήκοα*

Καλλίστράτον —, *τοῦτον φυγόντα.* Cf. 30, 7. 37, 5 extr. V. Krüger. ad Xen. an. I, 6, 9.

διὰ τὴν — πονηρίαν] Reiskium iam nemo audiet, *τῆς πονηρίας* coniicientem. V. Gottleb. ad Thuc. I, 83. et supra ad 6, 4. Cf. Cic. pro Mil. c. 22: propter quos vivit. Vid. Otto ad h. l.

CAP. XX.

1. *τῶν ἄλλων*] Articulum I. Bekkerus ex A B adscivit.

τοῦτο γὰρ ἔχει μέγιστον — ἀγαθόν] V. ad 3, 5. 19, 1.

ἡ πόλις ἡμῶν] I. Bekker. secundum A B *ὑμῶν*. Sed quum et hoc commate et proximis idem *ἡμῶν* subinde recurrat, vulgatam scripturam et hic tueri satius est visum.

2. *τὴν πόλιν ἡμῶν*] A B iterum *ὑμῶν*.

ἐξαναστήσαντας] De accusativo participii ad infinitivum, neglecta attractione, iungi solito, ubi genitivus vel dativus praecessit cf. 10, 2. n. Haud dubie praestat haec constructio, quum nomen illud in primaria sententia, cuius a casu attrahi participium possit, longius distat, sicuti h. l. *Πελοποννησίοις — ἔδοξε*.

εἰ ἐπιλήψονται] Cf. ad 6, 2 extr. *Ἐπιλαμβάνειν* est ad ea, quae iam tenes, praeterea aliquid occupare, i. q. *προςλαμβάνειν*. Ita et *ἐπικτᾶσθαι* et *προςκτᾶσθαι* dicitur. Peloponneso autem nuper potiti erant Dorienses, qui hic intelliguntur. Temere igitur et Reiskius et Heinrichius hoc verbo composito offensi esse videntur. — De futuro medio, quod multis in verbis placuit Atticis prae Activo, vid. Pierson. ad Moer. p. 184. Matth. gr. §. 184, n. Quod ut moneremus, Reiskii nos movit nota. Cf. Pinzger ad h. l.

τὸν βασιλέα τῶν Ἀθηναίων] I. Becker. et Osannus ex Z X habent *τὸν Ἀθηναίων*. Cf. ad 12, 2. 22, 1. 30, 8. V. praeter Pinzger. ad h. l. Krüger. ad Xen. an. I, 10, 8. II, 5, 31. Quod Heindorfius apud Platonem Gorg. 481, e (§. 82) *ὁ δῆμος ὁ Ἀθηναίων* restituit, id iure factum censeo. Nam hoc cum vi dictum est (vid. ad 11, 2. 35, 3), quia *Δῆμος ὁ Πυριλάμπους* oppositus cogitatur. Vide Heindorfii not. ad ea, quae proxime praegrediuntur. Sic supra 5, 3 *τὴν πόλιν τὴν τῶν Ῥοδίων* dixit, ubi oppositio spectat ad praecedens *ὑμῶν*.

Κόδρον] Facile hoc damus Osanno, ab ipsa Pythia nomen prium vix videri additum. At quidni potest a Lycurgo?

quidem a mente abest, ipsa oraculi verba exhibere. De re cf. Polyaen. I, 18. Vellei. I, 2. Iustin. II, 6 extr. Cf. Tuscul. I, 48.

3. ἐξήγγελε] A B ἐξήγγελλε. Im. Bekker. coni. ἐξήγγειλε. V. Buttmann. gr. max. vol. II. p. 61. Hermann. ad Soph. Oed. R. 948. Cf. ad 5, 3. 6, 3.

ὡς ἔοικε] utique. Viger. p. 247.

ἐμβαλόντων] Pr. A ἐμβαλλόντων, quod per se non spernendum esset. Herm. ad Soph. El. 47.

οἱ πρόγονοι ἡμῶν] A B L P Z et Ald. ὑμῶν. Cf. ad §. 2. 3.

ἔκδοτον — παρέδοσαν] V. ad 3, 3. 35, 2. n.

ὀλίγοι ὄντες κατακλεισθέντες] i. e. ὀλίγοι ὄντες κατεκλείσθησαν καί. Krüger. ad Xen. an. I, 1, 7. Cf. ad 17, 3. et statim ad §. 4.

4. μᾶλλον] Hoc post προῃροῦντο pleonastice additum. Cf. ad 30, 15.

ἑτέραν μεταλλάξαι τὴν χώραν] Cf. §. 3. ἔκδοτον — παρέδοσαν. V. ad 3, 3. [Mihi aut ἑτέρας leg. aut τήν del. videtur. Kr.] De infinitivo aoristi cum praesente ἀποθνήσκειν iuncto vid. Lobeck. ad Phrynich. 747, not.

ὅπως ἂν ἀπατήσῃ] V. de hoc usu particulae ἄν Rost. gr. Gr. §. 122, not. 6. Matth. gr. §. 520, n. 2 et gr. Gr. min. §. 519, n. 1. Heindorf. ad Plat. Phaedon. 9 (p. 15). Krüger. ad Xen. an. VII, 4, 2. Cf. 30, 3. Eur. Phoen. 760. 1004. Plutarch. T. IX. p. 314, 8 R.

ὑποδύντα] quum per portam successisset sc. ad hostium castra. Cf. locos de hac narratione laudatos supra ad §. 2. Verbi ὑποδῦναι haec significatio demonstratur iis, quae Zeunius animadvertit ad Viger. 673. Ceterum de tali duo atque tria adeo participia iungendi ratione vid. supra ad §. 3. Cf. §. 5.

δυοῖν ἀνδρῶν] Exempla numeralis δύο, etsi declinati, tamen cum plurali numero coniuncti collegerunt Göttling. ad Theodos. grammat. p. 212 et Poppo ad Thuc. p. I. vol. I. pag. 225. Cf. Polyaen. III, 11, 3: τῶν δυοῖν. Plutarch. Mar. c. 36 (T. II. p. 872 R.)

5. ἀποκτεῖναι τὸν Κόδρον] Locos, quibus nomen repetitum sit, licet pronomen sufficeret, quam plurimos Krügerus congessit ad Xen. an. I, 3, 14. Cf. Hauptmann. ad h. l. Liv. I, 3: sepultus in eo colle, qui nunc est pars Romanae urbis, cognomen colli fecit. Cf. 9, 4. n. 30, 9.

δοῦ-

δοῦναι τὸν βασιλέα θάψαι] ut regem sibi darent sepeliendum. Cf. Xen. Cyrop. VII, 11, 26: καὶ ἀποδίδωμι ἤδη γυναῖκά τε ἔχειν κ. τ. λ. Plat. Apolog. p. 33, b: καὶ πλουσίῳ καὶ πένητι παρέχω ἐμαυτὸν ἐρωτᾶν. Explicat hanc infinitivi post verba dandi ac permittendi rationem Matth. gr. §. 532 a. Cf. 22, 1. n. 24, Eur. v. 4. et 18. nn. 35, 2. n. itemque quod saepius apud nostrum legitur, v. c. 11, 9. 37, 2: παρέχειν τὸ σῶμα τάξαι τοῖς στρατηγοῖς.

οὐκ ἔτι] Quamdiu enim Codrus vivebat, spem urbis capiendae habuerant, sublato illo perdiderant. Pinzger. invita Minerva οὐκ ἔστι ex Z recepit.

τῷ δὲ Κλεομάντει τῷ Δελφῷ] Ex grammaticorum praeceptis (Matth. gr. §. 274. Buttm. §. 110, 3) exspectes: Κλεομάντει δὲ τῷ Δελφῷ. At saepius ita etiam praemittitur articulus, ubi nomen proprium definite cogitatur. Cf. 6, 2. n. 8, 7. n. 30, 8. Xen. Cyrop. I, 3, 1: τὸν Κῦρον τὸν υἱόν. Cuius generis exempla quam plurima congessit Krügerus de authentia et integr. anabas. Xen. p. 61 in not. Id. ad Xen. an. VI, 2 (4), 13.

τοῖς ἐκγόνοις] Articulum, quippe qui abesse ab hoc loco non possit, ex Z cum Osanno et Pinzgero recipiendum putavi.

ἐν Πρυτανείῳ] De Prytaneo v. Polluc. IX, 5. Potteri archaeol. Gr. interpr. Ramb. T. I. pag. 282. Cf. Demosth. in Polycl. 1210, 22. Cic. de or. I, 54.

ἔδοσαν] Cf. 36, 2. n.

6. Ὁρᾶτε, ὁμοίως] Ita secundum omnes MSS. Osannus, I. Bekkerus et Pinzger. dederunt, deleto εἰ, quod vulgo interpositum est. Locos, ubi ὁρᾷς et ὁρᾶτε per se sententiam efficiant, exhibet Heindorf. ad Plat. Protagor. 66 (p. 556), commode ille ab Osanno laudatus. Observa tamen ironicam sententiae vim.

μονώτατος] Cf. §. 7. V. Buttmann. gr. max. §. 69, n. 9. Matth. §. 133, n. 5. Schaefer. melet. crit. p. 102. not.

ἐπώνυμοι τῆς χώρας] De Heroibus Eponymis, a quibus Atheniensium tribus nomina duxerunt, vid. Pausan. I, 5, 1. 2. X, 10, 1. Potter. l. l. T. 1. p. 111. Cf. ad 1, 2. Sed enim Codrus in Eponymorum numero non habebatur. Attamen in huius exemplo illustri praeclaram priscorum hominum virtutem, quaeque quum omnibus tum heroibus deorum honore augustis communis fuisse videatu

contemplandam iudicibus proponit. Qua mente iam supra §. 4. in universum dixit οἱ τότε βασιλεύοντες, significans nobile Codri facinus h. l. instar documenti esse, quo omnis pristinae disciplinae ratio repraesentetur. Quo facilius a Codro ad Eponymos transire potuit, quod ille pari fere cum his honore colebatur. V. Polyaen. I, 18. Augustin. de civ. dei. XVIII, 19.

γὰρ οὕτω] Lobeck. ad Phrynich. p. 129 coni. *γὰρ ζῶντες οὕτω*. Sed hac mutatione non opus.

7. *οὐδὲ τεθνεὼς*] n e m o r t u u s q u i d e m i. e. non mortuus, ne dicam vivus. Fortius hoc est, quam illud, quod in A B legitur *οὔτε ζῶν οὔτε τεθνεώς*, quamquam et Osann. et I. Bekker. hos codd. secuti sunt.

μονώτατος δ'] Vulgo *καὶ μονώτατος δ'*. Codd. Bekkeri. solum *μονώτατος* habere videntur, certe *δ'* omittunt. I. Bekkerus inde *μονώτατος δ'* dedit; recte, ut ego quidem sentio, quippe cui probabile sit, *καί* ex interpretamento ortum esse. Eadem ratione Krügerus est ductus Xen. an. I, 7, 9., quem vide. Est autem *καὶ — δέ* e t v e r o vel a t q u e e t i a m, neque h. l. tolerandum; etenim mera subiicitur antecedentis sententiae amplificatio, novi vel contrarii prorsus nihil. Cf. 9, 1. 30, 7. V. Viger. p. 544 sq. 847.

Cap. XXI.

1. *ὡς οὐκ ἄν ποτε ὑπομεῖναι*] *dass er sich wohl nimmer diesem Processe ausgesetzt haben möchte,* s e d u b i t a r e a n h a n c l i t e m n u n q u a m s u s t i n u e r i t. Planius hic loquendi modus oratione recta perspiceretur: *οὐκ ἄν ποτε ὑπομείναιμι κ. τ. λ.* Ita lenius sententia effertur, quam illo modo, quo Schaubius locum emendandum coniecit: *ὡς οὐκ ἄν ποτε ὑπέμεινε*, s e n u n q u a m h a n c l i t e m s u s t e n t u r u m f u i s s e. Quanquam haec asseverandi formula magis usitata. Non tamen equidem idcirco cum Pinzgero faciam, secundum libros quosdam tum editos tum scriptos *ὑπομεῖναι* scribenti, quique verba e pervulgato illo post *ὡς* et *ὅτι* infinitivi inferendi more explicat. Etenim haec semper anacoluthia est, cuius quotquot mihi innotuerunt exempla, ita sunt comparata, ut inter particulam et infinitivum sententiam interiectam legamus, quanquam illam non ubique longam, sed tamen propter quam illud di-

cendi genus excusationis aliquid habeat. Hoc certe loco perdura illa ratio mihi visa est. Ceterum de hac constructione adi sis Heindorf. ad Plat. Gorg. §. 18. ad Charmid. §. 26. Herm. ad Vig. 900. Krügeri commentatt. cit. de Thucyd. p. 275. Schmidt. ad Dinarch. in Dem 64. Matth. gr. §. 539, 1.

ὥςπερ οὐ πάντας — χρωμένους] Buttmann. gr. §. 132, n. 5. Matth. §. 568, 3. Zeun. ad Vig. p. 560. Fischer. ad Welleri gr. III. pag. 387 sqq.

οὐ γὰρ τοῦ πράγματός ἐστι σημεῖον, ὡς οὐ πεποιήκασιν] i. e. *οὐ γάρ ἐστι σημεῖον, ὡς τὸ πρᾶγμα οὐ πεποιήκασιν.* Pertinent haec ad eandem attractionis rationem, de qua v. ad 15, 4. In quo genere quae sit oppositionis vis, h. l. apparet. Quod vero vulgo tradunt, subiectum sententiae aliunde pendentis a declarandi sentiendique verbis attrahi, manifestum est, obiectum, ubi id cum vi quadam efferendum sit, ab hoc usu non esse exclusum. Cf. Xen. an. VI. 5 (3), 19: *θαυμάζω δ' ἔγωγε καὶ τὸ νάπος τοῦτο, εἴ τις μᾶλλον φοβερὸν νομίζει εἶναι τῶν ἄλλων κ. τ. λ.* Demosth. Mid. p. 533 (17, a): *ἀλλὰ δεῖξαι τὸ βιάζεσθαι καὶ ὑβρίζειν καὶ τὰ τοιαῦτα ποιεῖν, ὡς ἅπαντες ὑμεῖς οἱ ἄλλοι φεύγετε.*

κατῴκησε] «immo *μετῴκησε.*» I. Bekker. Cf. 14, 2. n. Inest in verbo *κατοικεῖν* notio generalis; quocirca non dubium, quin de metoecis quoque dici possit.

2. *τὸ ἐλθεῖν τοῦτον*] quod ad eius adventum attinet. V. de hoc infinitivi cum articulo ponendi usu Hermann. ad Soph. Ai. 114. Trachin. 1236. Cf. 24, 3. n.

θεόν τινα] Sic ex optimis A B damus. Editi omnes *θεῶν τινα.* Enimvero *θεῶν τις* dicitur, ubi, quum sponte intelligatur, deos esse, qui rem quampiam agant, illud tantum spectatur, non certum quendam, sed aliquem deorum esse. Sed ubi deum esse, non hominem, dicere voles, singulari utere. Apud Aeschylum in Agam. 672 navim Agamemnonis e tempestate servat *θεός τις, οὐκ ἄνθρωπος, οἴακος θιγών.* — Subtilem hanc distinctionem iisdem fere Hermannus exhibuit verbis ad Soph. Ai. 977.

ἑτέρωθι μὲν γὰρ ἀτυχῶν, οὔπω δῆλον, εἰ κ. τ. λ.] Duriuscula verborum structura, ni ad coniecturas confugias. Primum enim participium *ἀτυχῶν* non habet, quo referatur. Itaque fortasse *δῆλος* emendandum suspiceris. Malim tamen vulgatam tolerari

turam, atque ex illa ratione explicari, qua participium a verbo *δίδωσιν* quasi attrahatur; ut *δῆλον εἰ* eodem fere positum videatur modo, quo *δῆλον ὅτι* usurpare consueverunt. Iam vero *δῆλον*, id quod minus etiam usitatum, per se dictum est pro *δῆλον ἂν ἦν*. Nam *ἀτυχῶν*, flagitante sensu, solvi debet: *εἰ ἠτύχει*. Singularis certe est haec talis omissio verbi *εἶναι*, ut tempus conditionale cum *ἂν* particula supplendum sit. Cuius generis exemplum alibi nondum observavi. Excusationis tamen aliquid ex eodem illo formularum *δῆλον ὅτι* et *δῆλον εἰ* usu peti posse videtur. Non repugnat hypotheticae sententiae praesens indicativi, quod post *εἰ*, *ob*, statim sequitur. De cuius in enuntiationibus secundariis usu, etiam ubi conditionalis modus praecedit, mihi certe constat. Plat. Gorg. §. 148 (514, a. b. St.): *Εἰ οὖν παρεκαλοῦμεν ἀλλήλους — ἐπὶ τὰ οἰκοδομικὰ —, πότερον ἔδει ἂν ἡμᾶς σκέψασθαι —, εἰ ἐπιστάμεθα τὴν τέχνην ἢ οὐκ ἐπιστάμεθα κ. τ. λ.*, ubi eadem ratione mox *ἐστί* ponitur. Cf. §. 45 (464, d): *ὥςτε εἰ δέοι — διαγωνίζεσθαι —, πότερος ἐπαΐει.* Quibus locis Heindorfio ne literulam quidem concesserim esse mutandam. Demosth. Mid. 36, d (p. 556): *ἐφοβούμην ἄν, μὴ — διακρούσηται.* Cf. supra ad 6, 2 extr.

παρ' οἷς προὔδωκε] i. e. *παρὰ τούτοις, οὓς πρ.*

ταύτην τὴν τιμωρίαν] Articulum abesse malebat I. Bekkerus. Cf. ad 3, 5. 19, 1. 20, 1. Neque tamen collocatio offendere debet.

3. *οὐδὲν πρότερον ποιοῦσιν*] I. Bekker. *ποιοῦσιν* pro spurio habet, collato 10, 4: *οὐδὲν ἕτερον ἢ φοβούμενος.* Quodsi illic *ποιῶν* subauditur, non idcirco et h. l. *ποιοῦσιν* abesse debet (cf. 32, 2. n.), quanquam potuit. Nam frequens atque usitata adeo verbi *ποιεῖν* est omissio non solum in his dicendi formis *οὐδὲν ἄλλο ἤ*, *οὐδὲν ἕτερον ἤ*, de quibus vide Matth. gr. §. 635. Zeun. ad Vig. p. 475. Schäf. ad Lamb. Bos. p. 646. Blomfield ad Aeschyl. Pers. p. 120. ed. Lips., sed in aliis quoque structurae modis. Dinarch. in Dem. 10 (p. 9. R.): *δυοῖν γὰρ θάτερον ἐχρῆν αὐτούς* (sc. *ποιεῖν*), *ἢ καὶ τὴν προτέραν ζήτησιν — ζητεῖν — ἢ εἰ κ. τ. λ.* Demosth. de falsa leg. 396, 18: *καὶ δυοῖν θάτερον, ἢ μαρτυρεῖν ἢ ἐξόμνυσθαι ἀναγκάσω.* Sic mox poëta: *τοῦτ' αὐτὸ πρῶτον ἐξαφαιρεῖται κ. τ. λ.* pro: *τοῦτ' αὐτὸ πρῶτον ποιεῖ· ἐξαφαιρεῖται γὰρ κ. τ. λ.*

ἐπιγενομένοις] I. Bekker. *ἐπιγινομένοις* de suo dedit; malim *ἐπιγιγνομένοις*. Hoc enim facile per librarios in *ἐπιγινομένοις* mutari, inde *ἐπιγενομένοις* nasci potuit. Cf, 3, 2. 5. 19, 3. Sed tamen ferri fortasse vulg. potest. Orator enim poëtae aetatem mente repetens, multos inde atque ipsos aequales suos iam *ἐπιγενομένους* videt. Itaque *ἡμῖν τοῖς ἐπιγενομένοις* sine offensione dicere potuit; quidni *τοῖς ἐπιγενομένοις*?

ὅταν γὰρ ὀργὴ δαιμόνων βλάπτῃ τινά] i. e. *βλάπτειν ἐθέλῃ*. Saepe conatibus effectus tribuitur. Cf. 16, 3. n. 30, 2. n. Valcken. ad Eur. Phoen. 1406. Buttmann. ad Demosth. Mid. 23, e (p. 49 B.). Schmidt. ad Dinarch. in Dem. 69. 70. Versus hos Euripidis esse Valckenarius ad Hippol. 322, p. 198 suspicatus est. Sententiam continent veteribus tritissimam, de qua vide intpp. ad h. l.

Cap. XXII.

1. *Καλλίστρατον*] Callistratus, Callicratis f. Aphidnaeus, clarus et orator et imperator circa Olymp. 100 et 101. Qui quum causam de Oropo egit, Demosthenem adolescentulum ad eloquentiae studium incitavit. Post accusatus primo liberatus est, mox autem Ol. 104, 3 damnatus supplicium exilio evitavit, atque Methonae, oppido Macedoniae, degebat. Reversus denique morte multatus est. V. Boeckh. oeconom. reip. Ath. I, p. 246 sq. Cf. Bekker. et Pinzger. ad h. l.

τεύξεται τῶν νόμων] Et hic et paullo infra I. Bekkerus obsecutus Tayloro scripsit *νομίμων*, licet omnibus MSS. vulg. confirmetur, sicut 16, 3, ubi vid. not. *Τῶν νόμων τυγχάνειν* sensu ambiguo est aut iura ac privilegia legibus constituta aut poenas iisdem destinatas consequi. Cf. Demosth. in Leochar. 1081, 14 sq. *ἀγαπῶντες, ἄν τις ἡμᾶς ἐᾷ τῶν νόμων τυγχάνειν*. Cf. ibid. p. 1089, 12. Quibus locis ne Bekkerus quidem quidquam mutavit. Vide Reisk. ind. Graecit. Demosth. s. v. *νόμος*. Cf. Dem. in Aristogit. 794, 14 sq. *ὃν ἂν αὐτὸς ἕκαστος νόμον τῇ φύσει δῆλος ᾖ καθ' ἁπάντων ἔχων, τούτου τυγχάνειν παρ' ἑκάστου δίκαιός ἐστι καὶ αὐτός*. — Cf. ad 36, 2.

ἐπὶ τὸν βωμὸν τῶν δώδεκα θεῶν] Z *τόν* pro *τῶν*. Cf. ad 12, 2. 20, 2. 23, 2. Memorabilis illius codicis hac in re constantia, sed quae cautiores nos reddere debeat. — Duodecim dii, qui maiorum

gentium vocantur, atque senatum Olympi efficiebant, his Ennii continentur versibus:

> Iuno, Vesta, Minerva, Ceres, Diana, Venus, Mars,
> Mercurius, Iovis, Neptunus, Vulcanus, Apollo.

Qui quum aliis oppidis communia sacra habebant, tum Athenis et stoa duodecim deorum in Ceramico erat (Pausan. I, 3, 2.) et haud procul in ipso foro ara iis dicata; a qua, sicuti a Romano milliario aureo, intervalla locorum computabantur. Boeckh. corp. inscript. Gr. p. I. pag. 32. p. II. pag. 483. K. O. Müller. in Encyclopaed. universal. ed. Ersch. et Gruber. p. VI. pag. 237. Cf. Herodot. II, 7. VI, 108. Aristophan. Av. 96 ibique intpp. Thuc. VI, 54.

ἀπέδωκε — κολάσαι] Cf. ad 20, 5.

σημεῖα] Σημεῖον est portentum. Cf. Xen. Cyrop. I, 6, 1. II, 4, 19. Plutarch. Marcell. p. 246 (T. II. p. 407. R.); hoc loco generali significatione quodcunque rerum futurarum indicium. Qua potestate ad oracula quoque spectat. Τὰ αὐτά, i. e. pariter perspicua atque salutaria.

φαίνονται] Cf. ad 16, 4. 18, 3. Matth. gr. §. 524, not. 2, nr. 1. Plurali ne offendaris, vide Matth. gr. §. 300. Poppon. ad Xen. Cyrop. II, 2, 2. Krüger. ad anab. I, 7, 20. Heindorf. ad Plat. Cratyl. 88. Reiskii ind. Graecitatis Lycurg. v. Neutrum. Cf. eiusdem indic. ad Lysiam.

2. τὴν περὶ τοὺς γονέας καὶ τοὺς τετελευτηκότας καὶ τὴν πρὸς αὐτοὺς εὐσέβειαν] Ad priorem articulum ex praegressis πρᾶξιν subaudi. Atque πρᾶξις h. l. est fere agendi ratio, *das Verfahren, Verhalten*; quanquam πράξεις modo singulas quoque significabat actiones. Tum αὐτούς cum Pinzgero ad eosdem refero parentes. Nam de pietate, quae sit erga deos, hic non agi, ex iis apparet, quae sequuntur. At ne mortuorum quidem commemoratio sententiarum nexui convenit. Certissima ideo est interpunctionis emendatio, qua verba καὶ τοὺς τετελευτηκότας seclusi, utpote quae appositionis ratione ad τοὺς γονέας pertineant: etiam eos, qui mortui sunt. Pater enim Leocratis iam pridem decesserat; itaque non in vivum, sed in mortuum filius nefas admisit. Cf. 35, 2. Haec olim adscripta delere nolui, quo diligentius loci rationem, benevole lector, ipse mecum perpendere possis. Nam illa, quamvis

speciosa, interpretatio vereor iam ne, reputatis iis, quae infra leguntur 23, 3, nemini probetur. Lycurgus de Leocratis in deos, parentes et defunctos impietate admoniturus, officia diis atque mortuis praestanda brevius attingit, quippe quorum saepius iam fecerit mentionem. Cf. v. c. 11, 11. 15, 1. n. 18, 4. Illa autem, quae spectant ad parentes, copiosius sibi sumit pertractanda, atque inde a verbis εἰκότως, παρ' ὧν γὰρ κ. τ. λ. ad sola illa digreditur, rem quae eius est consuetudo, exemplo ex historia posita illustraturus. Tum 23, 3 locum hunc repetitis iis concludit, quae initio proposuit. Iam vero etiam priorem articulum malim referri ad sequens εὐσέβειαν. Pro αὐτούς autem ne cum Tayloro et Heinrichio scribe αὑτούς. Quippe non τοὺς θεούς, sed τὴν τῶν θεῶν ἐπιμέλειαν praecessit; quanquam αὑτούς, in codd. si esset, ferrem.

μὴ ὅτι] i. e. μὴ εἴπω ὅτι, ne dicam. Vide Bos. ellips. p. 775. Schäf. Cf. Aeschin. in Ctesiph. p. 558, 4. Reisk.

ἀλλ' ὅτι] »ὅτι nescio an perperam iteretur.« I. Bekker. Solet enim in hac formula post ἀλλά abesse. Sed tamen tolerari potest.

τὸν αὑτῶν βίον] Reprobanda est veterum editionum quarundam lectio αὐτῶν. Neque enim refertur ad parentes, sed ad subiectum infinitivi ἀναλῶσαι; atque obiectum participii εὐεργετοῦντας ex antecedentibus est repetendum, τούτους s. αὐτούς. Illa autem pronominis αὑτῶν vis, de qua ad 2, 3. 10, 3 egimus, ab hoc loco aliena videtur. Εὐεργετοῦντα τοὺς γονέας τὸν αὑτοῦ βίον καταναλῶσαι est vitam suam beneficiis in parentes conferendis absumere. Ceterum αὑτῶν positum pro ἡμῶν αὐτῶν. Matth. gr. §. 489, II. Buttm. §. 114, n. 5. Tim. cum not. Ruhnken. p. 92. Hermann. ad Soph. Trachin. 451. Nicephor. Gregor. ad calcem libri de emend. rat. Gr. gramm. ab Hermanno edit. §. 148 (p. 341 sq.). Quanquam hic locus haud sufficeret illi usui apud prosae scriptores probando, quum αὑτῶν etiam ex anacoluthia possit explicari. Nam quod praecessit: εἰλήφαμεν, πεπόνθαμεν, idem est ac si dixisset: οἱ ἄνθρωποι εἰλήφασι, πεπόνθασιν.

Cap. XXIII.

1. ἐν Σικελίᾳ] V. ad 12, 2, De re haec annotavit A. G. Beckerus: « Quam Lycurgus de pietate filii erga patrem hic ena

historiam, eandem plures scriptores antiqui tradiderunt, sed cuncti ita, ut de duobus loquantur filiis, quorum alter patrem alter matrem ab interitu servaverit. Quorum nomina erant Amphinomus et Anapis s. Anapias, ut Seneca de benef. III, 36 (cf. VI, 36) scribit. Inter Graecos primus est Aristoteles s. quisquis est auctor libri de mundo c. 6, 23. tum Strabo VI, p. 412. B. Pausan. Phocic. 28, 2. Philostratus V. Apoll. V, 17. Nonnus exeges. in Gregor. Naz. p. 143. et Stobaeus serm. LXXVII, p. 414. Postremus hanc eruptionem Aetnae Olymp. 81. factam esse memorat (cf. tamen Wernsdorf. ad poët. Lat. min. T. IV. p. 379), iuvenesque illos Philonomum et Calliam, Cataneos, vocat. E Latinis vero scriptoribus enarrant historiam Valer. Max. V, 4. ext. 4. Claudian. Idyll. VII. Lucil. Iunior. 5. Cornel. Sever. in Aetna v. 600—642. Quibus collig. (?) Solin. c. 5. et Salmas. exercit. p. 100. D.» His adde Conon. narrat. 43. Hygin. fab. 254. Apulei. de mundo p. 73 ed. Elmenh. Sil. Ital. 14, 196. Auson. de clar. urb. XI. Martial. epigr. 7, 24. V. Pinzger. ad h. l.

καὶ ὑμῖν τοῖς νεωτέροις] etiam vobis iunioribus, licet ceteroquin fabulis minus tribuatis, quam senectus. Inconsulto particulam *καί* nonnulli tentarunt.

ἐκ τῆς Αἴτνης] Z X *ἐκ γὰρ τῆς Αἴτ.*, quod post parenthesin Osanno et Pinzgero visum est recipere.

ῥεῖν] V. ad 19, 4. Subtilis admodum et accurata h. l. est distinctio inter infinitivos imperfecti (cf. paullo infra *φέρειν*) et aor. *ὁρμῆσαι*.

καὶ δὴ καὶ] Habet vim quum intendendi tum generalem sententiam ad singulare aliquid applicandi. Quod autem Pinzgerus ante haec inserendum putavit, τε (*ἐπί τήν τε ἄλλην*), supervacaneum est. Plat. Gorg. 526, e: *παρακαλῶ δὲ καὶ τοὺς ἄλλους πάντας ἀνθρώπους —, καὶ δὴ καὶ σέ*, quum ceteros omnes, tum vero e; ubi primum illud *καί* per se sumi debet; est enim quoque, etiam.

πρὸς πόλιν τινὰ] «ad urbem Catanam, ut Pausan. l. c. diserte dicit.» Becker. Cf. Strab. l. c.

κατοικουμένων] *οἰκεῖσθαι*, situm esse, de oppidis ubivis dicitur.

2. *φορτίου δ' οἶμαι προςγενομένου*] Aristotel. l. c. *διὰ τὸ βαστάζειν γέροντας ἐπὶ τῶν ὤμων γονεῖς.*

ἐγκατελήφθη] Deterior lectio codicum L P Z ἐγκατελείφθη etiam in Melanchthoniana reperitur. Frequens est hic librariorum lapsus.

τὸ θεῖον, ὅτι] Cf. ad 15, 4. 21, 1. 30, 1.

προςαγορεῦσαι] E Reiskii coniectura προςαγορεύεσθαι recepe- runt et Ducas et I. Bekker. P προςαγορεύεται. Corruptela non in infinitivo προςαγορεῦσαι, sed in verbis ἔτι καὶ νῦν inesse mihi videtur. Haec enim languent, praecipue repetitum illud καί post praegressa καὶ τὸ χωρίον. Certe mihi quidem haud dubium, quin e margine exempli alicuius in textum irrepserint. Quibus sublatis, infinitivus aoristi suo est loco: ἀφ' ὧν καὶ τὸ χωρίον προςαγορεῦσαι (sc. τοὺς ἀνθρώπους, *man*) τῶν εὐσεβῶν χῶρον. Nam προςαγορεύειν est etiam nomen indere. — De hac post relativum constructione vide ad 24, 3.

τῶν εὐσεβῶν χῶρον] Pro τῶν Z, ut solet (cf. ad 22, 1.), τόν. Sed neque hoc recipiendum neque τὸν τῶν εὐσεβῶν coniiciendum. Quod enim χῶρον sine articulo positum est, hoc offendere non debet, quum proprii nominis vice fungatur illud τῶν εὐσεβῶν χῶρος· Quod ubi appellativa faciunt, articulus abesse potest. Xen. an. I, 4, 4: πύλας τῆς Κιλικίας. Cf. ibid. 5, 5. Plat. Gorg. 523, b: ἐς μακάρων νήσους. ibid. ἐκ μακάρων νήσων. Cf. 524, a. Ipfr. 30, 7. n. Ante εὐσεβῶν vero articulus deesse nequibat. Nam solennis haec illorum iuvenum appellatio: οἱ εὐσεβεῖς, fuisse videtur. V. Strab. l. c. Praeterea digna est, quae conferatur, Krügeri ad Dionys. historiogr. p. 168 annotatio.

γονεῖς] V. Buttmann. gr. max. §. 53, n. 3. Cf. mox commat. 3.

3. δεῖ] A B δεῖν, non minus recte.

τοὺς μὲν γὰρ θεοὺς κ. τ. λ.] Cf. ad 22, 2.

τὰς πατρίους τιμὰς] Libri τούς. Reiskii emendationem recte et Heinrichius et I. Becker adsciverunt. Corruptelae origo et causa facile apparet. V. ad 11, 6. De adiectivo πάτριος cf. ad 8, 8. 9. 14, 2.

τῶν νομίμων τυχεῖν] Νόμιμα de extremis defunctorum honoribus, quibus ornari eos ius fasque habetur, satis notum. Cf. ad 15, 1.

Cap. XXIV.

1. ἐφ' οἷς γὰρ] Cf. ad 12, 5.

ταῦτα δικαίως ἂν ὑμεῖς ἀκούσαντες ἀποδέχοισθε] ea vobis audientibus erunt accepta.

Εὔμολπον] V. Isocr. paneg. c. 19. ibique Mor. Apollodor. III, 15 et Heynii observatt. T. II. p. 337 sq.

ἀμφισβητοῦντα] Saepius praesentis participium ponitur, ubi futurum exspectaveris. Plutarch. vit. Demosth. T. IV. Reisk. p. 740, 7. Plat. Gorg. 483, c. 513, e. Eurip. Phoen. 81. Cf. Seidler. ad Eur. Iphigen. T. 1272. Krüger. ad Xen. an. IV, 5, 8. — De genitivo cum *ἀμφισβητεῖν* iuncto, quum aliis locis *περί* soleat poni, vid. Matth. gr. §. 350.

τυχεῖν δὲ] *καί*, quod vulg. adiectum legitur, I. Bekkerus secundum A delevit. Offenderat iam Taylorum.

Κηφισοῦ] De hac nominis scriptura Osannus ad h. l. dignus est, quem adeas. — Apollodorus l. c. Praxitheam non filiam Cephisi, sed neptem fuisse tradit per matrem Diogeniam, Cephisi filiam et Phrasini uxorem.

2. *χρήσαντος δ' αὐτῷ κ. τ. λ.*] Cf. Apollodor. III, 15, 4 (8). Vid. Pinzger. ad h. l.

τὼ στρατοπέδω] Hanc Taylori emendationem pro vulg. *τῷ στρατοπέδῳ* confirmant A Z X, ut auctor est Osannus; neque ceteros dissentire probabile est. Nam I. Bekkerus nihil quidem notavit, sed *τὼ στρατοπέδω* et ipse scripsit. Quare operarum lapsu ex eius animadversionibus excidisse puto: *τῷ στρατοπέδῳ* ς.

ὁ δὲ] MSS. omnes *ὡς* pro *ὁ*. Sed vulgata lectio tuenda. V. ad 11, 7. Ipsum hunc apodosin ab *ὁ δέ* incipiendi usum exemplis probavimus in observatt. crit. in Polyaen. p. 46 sq. Quibus add. Polyaen. V, 3, 7. VI, 19, 3. VI, 54. VIII, 16, 6.

3. *ὅτι τά τε ἄλλ' ὢν ἀγαθὸς ποιητὴς καὶ τοῦτον τὸν μῦθον προείλετο ποιῆσαι*] Ex linguae indole sententiaeque ratione accusativum *τὰ ἄλλ'* lubenter cum *ἀγαθός* iunxerim. Idem Im. Bekkerus sentiens adiecit: »aptius fortasse *ἦν* pro *ὤν*.» Sed ipsum hoc participium haud equidem mutaverim, utpote in hac dicendi formula fere solenne. Forsitan anacoluthiam rectius statuas, quasi pergendum fuerit: *καὶ τοῦτον τὸν μῦθον προελόμενος ποιῆσαι κάλλιστα τοῖς πολίταις παραδείγματα κατέλιπε*, vel simili aliquo modo. Quodsi durior haec ratio visa fuerit, illa: *τὰ ἄλλα* aeque ac *τοῦτον τὸν μῦθον* ad *ποιῆσαι* referenda erunt.

πρὸς ἃς ἀποβλέποντας] Deest post relativum verbum finitum; continuatur enim oratio obliqua; nam *πρὸς ἅς* idem valet ac si

dixisset: καὶ πρὸς ταύτας. Cf. 23, 2. n. Quod loquendi genus passim apud Latinos quoque obvium. Nep. Themistocl. 7: nam illorum urbem ut propugnaculum oppositum esse barbaris, apud quam iam bis classes regias fecisse naufragium. Vid. Bremi et Heusinger. ad h. l. Zumpt. gr. Lat. §. 80, 7. not. 1.

συνεθίζεσθαι ταῖς ψυχαῖς τὸ τὴν πατρίδα φιλεῖν] τό pro τῷ omnium MSS. consensu editores inde ab Osanno receperunt. Notandum tamen, dativum e solita verbi συνεθίζειν structura irrepsisse. Plutarch. coniugial. praecept. T. VI. p. 537 R.: τῷ καλῷ μεθ' ἡδονῆς συνεθίζουσαν αὐτόν. Lex Seguer. p. 172: συνεθίζω: δοτικῇ. Nostro loco articulus accusandi casu ita ad infinitivum adiectus est, ut vel abesse vel coniunctione ὥστε mutari possit. Matth. gr. §. 543, not. 2 extr. Cf. Hermann. ad Soph Ai. 114. Qui usus specie magis, quam re, ab illo differt, quem ad 21, 2 attigimus, ut recte Hermannus l. c. animadvertit. Quod denique ad dativum, ταῖς ψυχαῖς, attinet, is casus et adiectivis et verbis additur eadem potestate, qua accusativum quoque Graeci absolute ponere solent. Matth. §. 424, 4. not. 1. Paucioribus horum explicationem transegissem, ni veritus essem, ne quis transitivo medium συνεθίζεσθαι sensu sumendum ac de hypallage cogitandum opinaretur.

EURIPIDIS FRAGMENTUM.

« Olim exstiterunt hi senarii in Euripidis fabula, quae inscripta erat Erechtheus. Fragmenta huius dramatis collecta sunt in Ed. Lips. p. 442 sqq. Argumentum fabulae breviter enarrat Plutarch. p. 553 ed. Stephan. » (in Parallel. T. VII. p. 234. R.). A. G. Becker.

v. 1. ὅστις] V. ad 3, 5. Cf. Pinzger. et Reisk. ad h. l.

τὰς χάριτας — χαρίζεται] Matth. gr. §. 421. n. 3. Buttm. §. 118, 2.

v. 2. ἥδιον] Hoc pro vulg. ἥδιστον MSS. subministrarunt, quos et Osannus et I. Bekkerus secuti sunt. Recte. Vid. de dictionibus ἄμεινον εἶναι, βέλτιον εἶναι et similibus. Poppo ad Xen. Cyrop. V, 1, 12. Cf. Matth. gr. §. 457.

v. 3. χρόνῳ] tandem, post longum tempus. 8, 1. n. Valcken. ad Eur. Phoen. 313. Cf. Eur. l. l. 170. 302.

δρῶσι, δυςγενέστερον] Vulg. δρῶσι πολλῷ δυςγενέστεροι fuere qui πολλῷ δρῶσι, δυςγενέστερον (δυςγενέστεροι)

lent. Heinrichius tamen, cui et Pinzgerus obsecutus est, e coniectura dedit: δρῶσι, δρῶσι δυςγενέστερον. Nam in MSS. deest πολλῷ, atque pro δυςγενέστεροι exstat δυςγενέστερον. Omnino arridet Heinrichii emendatio.

v. 4. κτανεῖν] Cf. ad 20, 5.

v. 6. λαβεῖν] Suppl. ἔστιν, i. e. ἔξεστιν.

v. 7. πρῶτα μὲν] Deest, quod opponatur. Quod enim v. 14 sequitur, ἔπειτα, ad praegressa v. 5 πρῶτα μέν refertur. Vid. not. post v. 10.

v. 8. αὐτόχθονες] Cf. 11, 7.

v. 9. πεσσῶν ὁμοίαις διαφοραῖς ἐκτισμέναι] Casibus aeque diversis, ac calculi ponuntur, conditae. Pro ὁμοίως recte Osann. et I. Bekker. secundum A B L P Z ὁμοίαις vulgarunt.

v. 10. εἰςαγώγιμοι. Vulg. εἰςαγώγιμαι Z εἰςαγώγιμοι. X. εἰςαγώγι-
οι
μαι. Plutarch. de exsil. p. 604, d (T. VIII, p. 385 R.) ἐξαγώγιμοι (cf. Valcken. ad Herodot. VII, 161). Ald. ἀγώγιμοι. Inde cum Heinrich., Osann., Pinzger. εἰςαγώγιμοι recepi. Est autem εἰςαγώγιμος i. q. ἔπακτος v. 7. Cf. ἐξαγώγιμος 8, 9.

Post vers. 10. Plutarchus l. l. addit quinque versus, qui apud nostrum desiderantur. Corruptissimos illos quidem esse, nemo non videt; cum ceterorum argumento discrepare cur quidam censuerint, ego certe non video; immo vero vel optime convenire sentio. Adscribam ex Musgravii et Barnesii emendatione:

Εἰ δ' ἐς πάρεργον χρή τι κομπάσαι, φίλαι,
Οὐρανὸν ὑπὲρ γῆς ἔχομεν εὖ κεκραμένον,
Ἵν' οὔτ' ἄγαν πῦρ, οὔτε χεῖμα συμπιτνεῖ.
Ἃ δ' Ἑλλὰς Ἀσίς τ' ἐκτρέφει κάλλιστ', ἀεὶ
Τῆς γῆς δέλεαρ ἔχοντες, οὐ θηρεύομεν.

Cf. tamen Hermann. ad Erfurdtii ed. Soph. Aiac. p. 629. Quibus versibus inter v. 13 et 14 insertis (quanquam Plutarchus v. 11—13 non habet), facile apparet, εἰ δ' κ. τ. λ. referri ad πρῶτα μέν v. 7, ubi vid. n.

v. 11. πόλεος] Emendavit Grotius in excerptis; libri et hic et v. 21 πόλεως. V. Porson. ad Hec. 858.

v. 12. ἐν ξύλῳ παγείς] Iliad. VIII, 289: ἐν χερσὶ θήσω. v. 40: μετα-

φρένῳ ἐν δόρυ πῆξεν. Hanc tmesis rationem in verbis ponendi, figendi et similibus praecipue usitatam illustravit Fr. Thiersch. gr. Gr. §. 279, 3.

v. 13. πολίτης] Quod coni. Reiskius, πολιστής, conditor, stabilitor civitatis, Osannusque et Pinzgerus, codicibus A X, ut auctor ille est, adstipulantibus, receperunt, alienissimum est a poëtae sententia, quippe qui de civis officiis patriaeque caritate agat. Nam verbis (v. 11), ὅςτις δ' ἀπ' ἄλλης πόλεος οἰκίζει πόλιν, significantur quidem qui peregrini immigrantes civitatem condunt. Sed quum opponantur hi autochthonibus, ipsa huius oppositionis vis efficit, ut non conditores soli, sed posteri quoque eorum intelligendi sint. Atque civium indolem patriaeque amorem spectari, non conditae urbis statum, planissime e v. 12 apparet. Contra si πολιστής legeretur, sensus esset: nomine civitatem condunt, sed quae reapse civitas non sit. Ceterum I. Bekkerus ne annotavit quidem lectionis varietatem. Itaque merito dubitabis, numne in A πολιστής reperiatur.

v. 18. ὑπὲρ δοῦναι θανεῖν] Iunge ὑπερθανεῖν. In A B L P false ὑπερδοῦναι legitur. Cf. Eur. Phoen. 1005: ψυχήν τε δώσω τῆςδ' ὑπερθανεῖν χθονός. Quum vero θνήσκειν idem sit, quod κτείνεσθαι, infinitivus h. l. contra analogiam positus esse videtur. Nam post verba curandi, iubendi, permittendi, activi infinitivus fere usurpatur. V. ad 20, 5. Cf. infra v. 38 sq. Weisk. ad Xen. Cyrop. V, 5, 33. Krüger. ad anab. II, 3, 22. Quare κτανεῖν pro θανεῖν olim coniiciebam. Sed nihil mutandum. Cf. Eur. l. c. Xen. an. VII, 3, 30: ἐγὼ δέ σοι δίδωμι ἐμαυτὸν καὶ τοὺς ἐμοὺς τούτους ἑταίρους φίλους εἶναι πίστους, ubi pariter infinitivus intransitivi verbi sequitur. Denique et κελεύειν nonnunquam, etsi rarius, cum infinitivo passivi construitur.

v. 19. 20. τοὐλάσσονος τὸ μεῖζον] sc. διακρίνω. Nam vel hoc vel simile quid ex οἶδα repetendum.

v. 20. ἑνὸς μὲν] Quod damus, ab Ald. exhiberi, Pinzgerus tradit; ex Z quidem recepisse se Osannus scribit. Sed neque I. Bekker. nec Pinzger. de hoc cod. quidquam annotarunt. Vulgo ἑνός. — ἀεὶς μὲν Taylorus, ἐμὸς μὲν B

sis οἰμός.« I. Bekker., Tayloro Heinrich. et Pinzgerus sunt obsecuti.

v. 21. πταίσας] πταίειν, intrans., est calamitate affici. Thuc. I, 122: ὁ δὲ ὀργισθεὶς περὶ αὐτὸν οὐκ ἐλάσσω πταίει. Demosth. de cor. p. 321, 8. R. ἐν οἷς ἔπταισεν ἡ πόλις.

οὐδ' ἴσον φέρει] Reiskius in indice explicat: « aequipollet, aequivalet; de pondere et libra ductum. » Cf. Plutarch. amator. narratt. T. IX, p. 91 R: ἀλλ' ὁ Καλλισθένης γε πλέον ἐφέρετο, ubi medium ita positum est.

v. 22. θηλέων] sc. παίδων, quod ex sequenti στάχυς subauditur. Est autem θῆλυς poëtarum usu generis communis. V. Buttmann. gr. max. §. 62, n. 1. Matth. gr. §. 119b not. 4. Miror, quod Pinzgerus, ut θήλεων scriberetur, praecepit. Videlicet Atticam genitivi formam adiectiva respuunt. Atque Goettlingius quidem ad Theodos. gramm. p. 224 sq. observat: « Quaedam erant vocabula, quae ε illud in quibusdam casibus abiicerent. Sic iudicabis de genitivis τριήρων, συνήθων, δυσώδων, αὐτάρκων, sic de adverbiis συνήθως κ. τ. λ.» Cf. Hier. Wolf. ad Demosth. de cor. p. 306 R. (408. Harles.) et V. L. ibidem. Sed cave, ne hanc rationem ad nomina in υς exeuntia accommodes. Praeterea h. l. metrum vocalem eiici vetat.

v. 24. μιν] A L P μήν, quod Pinzger. praetulit.

v. 25. εἴη] Cum MSS. I. Bekker. et Osann. ἔστι, inde Pinzger. ἔστιν corr. Sed vulgatam tuendam putavi. Quod in quaestione praegressa positum est: οὐκ ἂν ἐξέπεμπον, hoc aeque valet ac si dixisset: ἐπεῖχον ἂν τοῦ μὴ ἰέναι εἰς μάχην; Iam ante sequens ἀλλά subaudienda responsio: οὐκ ἂν ἐπεῖχον s. οὐκ ἂν τοῦτ' ἐποίουν. Tum pergit: sed utinam stirps virilis mihi esset etc. Optativum requirit etiam, quod sequitur v. 27, μή. Cuius loco iis, qui ἔστι scripserunt, οὐ ponendum erat. At enim fuit Erechtheo et Praxitheae mascula progenies. Nimirum Apollodorus III, 15, 1 sic tradit. Non pugno. Sed cum poëta hac de re decide; is enim ita reginam facit loquentem v. 22 sq, ut filiis se iam carere indicet.

v. 27. σχήματ' ἄλλως] Ita cum Grotio, Scaligero, Musgravio, Heinrichio, A. G. Beckero et Pinzgero scripsi pro librorum

lectione σχήματα δ' ἄλλως. Vide Hermann. epit. doctr. metric. §. 149. 150.

v. 28. πέμπῃ] A B πέμποι. Quae praestantissimorum codd. lectio fortasse recipienda fuit. Buttm. gr. §. 126, not. 3 et 6. Matth. §. 521, n. 1. Cf. ad 16, 2.

v. 29. ἐθήλυν'] Buttm. gr. §. 124, n. 4. Matth. §. 502, 3. Cf. infr. v. 31. 33. cap. 33, 2.

v. 31. ζῆν παῖδας εἵλοντο καὶ] Reiskius ζῆν παῖδας ἑλόμεναι coni. Heinrichius εἵλοντο παῖδας, omisso ζῆν; Pinzger. ζῆν παῖδας ἔθελον καὶ scribit. Grotius et Scaliger. εἶλον pro εἵλοντο legi iusserunt, quod non prorsus spernendum. Frequens enim activi usus pro medio. Popp. ad Thuc. p. I. vol. I. pag. 185 sqq. Quanquam verbi ἑλεῖν ita usurpati exemplum nondum reperire queo. Coniecturis quoniam adhuc locus, en novam accipe, cui ipse haud nimium ego tribuerim:

ζῆν παῖδας εἵλοντ', ἀντὶ δ' ᾔνεσαν κακά.

v. 34. στέφανος] V. ad 12, 5.

v. 35. θανοῦσα — δοθήσεται] Rectius dixisset: δοθεῖσα — θανεῖται. Sed vide ad 17, 6. Heinrich. et Pinzger. ex coniectura Tyrrwhittii scripserunt:

εἰς μιᾷ μόνῃ
πόλεως θανούσῃ —

Sed emendatione non opus.

v. 36. σὲ] Erechtheum alloquitur.

δύο θ' ὁμοσπόρω] Ita I. Bekkerus, codicum MSS. vestigia secutus; nam praestantissimi A B habent δύο θ' ὁμοσπόρων. Hoc ν natum est ex σ vocis instantis. Nam pro σώσει, quod Grotii emendationi debetur, omnes libri ὡς εἰ. Inde scripturae discrepantia facilis ad explicandum. Nam quum alii codicum ὁμοσπόρους, alii ὁμοσπόρων praebeant, patet, litera vitiose a vocabulo deinceps posito assumpta, hos consonantem in vocalis, illos vocalem in consonantis gratiam, levi utrosque mutatione, corrupisse. — Vulgo δυ' ὁμοσπόρους. Iam dudum Valcken. ad Eur. Phoen. 1022 coniecerat δύο θ' ὁμοσπόρους, quod a recentioribus edebatur.

v. 38. ἐμήν γε] Particulam I. Bekker. om. cum MSS. 5

iam in antiquis edd., nec potest abesse. — Sententia ex versibus sqq. satis fit perspicua.

v. 39. θῦσαι] Cf. ad v. 18.

v. 41. 42. «Itaque cuncta a me conservabuntur; regnabunt alii; haec tamen civitas propter me salva erit,» i. e. etsi regni splendore alii posthac clarescent, tamen huius certe civitatis salus nemini nisi mihi debebitur. — MSS. ἅπαντας γοῦν τ᾽ ἐμοί. Auctore Reiskio edidit Heinrichius ἅπαντα τοὐν γ᾽ ἐμοί, nisi quod γ᾽ pro τ᾽ Heinrichius suo Marte invenit, Reiskius τ᾽ ex MSS. nondum cognoverat. Ἄρξουσιν secundum Z X Bekkerus cum Heinrich. legit. Vulgo ἄρξουσί τ᾽. Pro τὴν δέ iidem, sicuti A L Z, τήνδ᾽ scribunt. Vulg. tamen Pinzger. defendit, laudans Buttmann. ad Philoct. 87. Schwenck. ad Aeschin. Eumen. 7. Cf. Hermann. ad Soph. Philoct. l. c. — Pinzgerus retinuit ἄρξουσί τ᾽, postquam οὔκουν de suo dedit, ad alteram etiam enuntiationem, quae per τ᾽ annecteretur, negationem ex antecedentibus pertinere, contendens. Itaque reddidit:

Nicht will, was mein ist, Alles ich gerettet seh'n
Bei Andrer Herrschaft.

At male haec cum antecedentibus congruunt verbis. In quibus quoniam posuit Praxithea, urbe capta fore, ut ne liberorum quidem ad se quidquam pertineret, equidem non capio, qui cogitari possit, hostibus patria potitis, tamen, dum liberi superstites sint, omnia Praxitheae salva esse mansura atque integra.

v. 44. ἑκούσης τῆς ἐμῆς ψυχῆς ἄτερ] i. e. ἀκούσης τῆς ἐμῆς ψυχῆς. Cf. Thuc. I, 128: ἄνευ Λακεδαιμονίων, iniussu Lacedaemoniorum. Plat. Gorg. 518, d: ἄνευ τοῦ ὑγιεινοῦ. Iliad. XV, 292 sq. ἄτερ Ζηνός, invito Iove. — Valcken. ad Phoen. 1022 ἄνερ coniecit.

v. 45. παλαιά] MSS. πάλαι.

θέσμι᾽ ὅςτις] Ita e Reiskii coniectura iam vulgari solet. Libri θέσμιά τις.

ἐκβαλεῖ] MSS. ἐκβάλλει.

46 — 49. Restituit locum quum Musgravii emendatione (ἀναστέψει

στρέψει pro ἀναστρέψει) tum MSS. assumptis, Dobreus ad Porsoni Aristophan. ed. Cantabr. 1820, p. 76, enarratque his verbis: »Nunquam committam, ut Eumolpus Athenarum tutelam, Palladi Poliadi ademptam, patri suo Neptuno tribuat. De ἐλάᾳ et τριαίνῃ in acropoli vide quos citat Meursius Cecrop. XVIII—XXII.» Cf. Böttiger. Amalth. T. II. p. 313. K. O. Müller. in *Götting. gel. Anzeigen.* 1823. Nr. 24. pag. 239 et Nr. 50. pag. 494. Pro ἀντ' ἐλάας libri omnes ἂν τελείας. — Παλλάς ex AB additum. Ex iisdem δ', cuius loco Z X τ', vulgo omissum. — Pro τιμήσεται in X est τιμηθήσεται. V. Matth. gr. §. 494, II. Buttmann. §. 123, 3. Id. ad Demosth. Mid. 10, b. Krüger. ad Xen. an. I, 3, 8. — χρυσέας τε Γοργόνος. Böttiger. l. l. intelligit aeneum Palladis Προμάχου simulacrum, quod fuerit in Poliadis templo, decuma manubiarum e victoria Marathonia impensa statutum, cuiusque aureo in clypeo Gorgonis caput expressum. — Ὀρθὴν στᾶσαν eodem modo cum ἀναστέψει iungendum ac si positum esset: ὀρθὴν στήσας. Longum est, quae Pinzgerus de hoc loco disputavit, referre. Quem id tantum monitum velim, ex illa, quam dederit, explicatione dicendum fuisse ἑστηκυῖαν s. ἑστῶσαν. Nec metuo, ne illis: ἀναστέψει στεφάνοισι, tanquam pleonasmo, cum eodem quis valde offendatur.

v. 48. Θρᾷξ scripsi pro Θρῄξ, Krügero auctore. Vide Göttling. ad Aristotel. Polit. p. 406 et ad Theodos. p. 236.

v. 50. λοχεύμασι] i. e. τῇ ἐμῇ παιδί. Cf. Eur. Phoen. 810. 1026. ἐγώ· καὶ ῥᾳδίως] καί male impugnatum a Valckenario ad Phoen. l. c. Musgravius, Reiskius et Pinzgerus pro ἐγώ καί coniec. ἔγωγε. Verum post optatum particula vim habet concludendi, cum ex antecedentibus conditio mente repetatur: εἰ πάντες οὕτω σε φιλοῖεν. Sic Germanice *und*, sic Latine et ponere licet. [Cf. Soph. Antig. 676. Plat. Crit. p. 44. d. et ad Dionys. historiogr. p. 20. Kr.] Inde facile intelligis, καὶ — καὶ (in κοὐδέν) non posse inter se respondere.

CAP. XXV.

ταῦτα — τοὺς πατέρας ἡμῶν ἐπαίδευε] sc. Εὐριπίδης. Nam cum duplici accusativo, et personae et rei, παιδεύειν, aeque ac do-

cere, construitur. Cf. Demosthen. κατὰ στεφάνου ψευδομαρτ. I, p. 1123, 17 sq. Post ταῦτα ex A] οὖν addunt Osann. et Pinzger.; nihil annotat l. Bekkerus.

τολμήσουσι] V. ad 11, 9.

ἀνυπέρβλητόν τινα — τὴν εὔνοιαν] V. ad 1, 1.

Cap. XXVI.

τὸν Ὅμηρον παρασχέσθαι ἐπαινῶν] Praeeuntibus Reiskio (orator. Gr. vol. VIII. p. 456) et Coraë (Πρόδρομι Ἑλληνικῆς βιβλιοθ. p. ξή) Heinrichius dedit τῶν Ὁμήρου — ἐπῶν. Nec mihi, quanquam laudes poëtae statim subiiciuntur, admodum placent haec, ut vulgo leguntur. Non tamen idcirco e vestigio ad coniecturas pergere audeam. Pinzgerus ἐπαινεῖν interpretatur recitare sive graviter aliquid pronuntiare, quam videlicet significationem apud Platonem in Ion. 536, d. 541, d. deprehendisse sibi visus sit. Quem quum plures eiusdem dialogi loci, ubi Ionis ut non recitantis solum carmina Homerica, verum exponentis quoque de poëta eiusque virtutibus, fiat mentio, tum verba 536, d. deinceps posita: οἶμαι δὲ οὐδ' ἄν σοι δόξαιμι, εἴ μου ἀκούσαις λέγοντος περὶ Ὁμήρου — meliora docere debuerunt.

νόμον ἔθεντο] Νόμος in his et similibus formulis articulo solet carere. Quae consuetudo ex appositionis ratione explicanda: *sie stellten, als Gesetz, fest, dass etc.* Eadem de causa ante γνώμη articulus fere abest. Krüger. ad Xen. an. I, 6, 9. — De re vide Potter. l. l. p. I. pag. 922. Wolf. proleg. ad Homer. p. 103. Isocrat. Paneg. c. 42. Plat. Hipparch. 228, b.

καθ' ἑκάστην πενταετηρίδα] quinto sive, secundum eum, qui apud nos obtinet, computandi modum, quarto quoque anno, quum Panathenaea celebrarentur. V. Boeckh. oeconom. reipubl. Ath. II. pag. 165. Cf. I. p. 178. 468.

τῶν Παναθηναίων] sc. τῶν μεγάλων, quod saepissime omittitur. Vide de his Potter. l. l. p. I. pag. 915 sqq.

μόνου τῶν ἄλλων ποιητῶν] i. e. solius Homeri neque ceterorum cuiusquam poëtarum. V. ad 16, 5. Cf. Demosth. epist. 3 (de Lycurgi liberis), pag. 1480, 7. R. τὰς συμφορὰς βεβαίας τούτοις μόνοις τῶν ἄλλων μένειν. Id. in Mid. p. 585 s. fin.

(§. 61, b.). Etenim secundum Graecismum hodie vulgo notum ἄλλος saepe redundare videtur. Cuius rei exempla, at dissimilis paullo generis, dant Heindorf. ad Plat. Gorg. §. 64 (473, c). Krüger. ad Dionys. historiogr. p. 139. Id. ad Xen. an. I, 5, 5. 7, 11.

2. Iliadis locus est XV, 494 sqq.

Cap. XXVII.

πάσης Ἑλλάδος] Malim πάσης τῆς Ἑλλάδος.

τὸν ἐξ ἁπάσης τῆς Ἀσίας στόλον] »Cf. Herodot. VI, 102 sqq. et Xen. anab. III, 2, 11. ibique intpp.« A. G. Bekker.

Cap. XXVIII.

1. τοῖς ἀφ' Ἡρακλέους γεγενημένοις] Vulgo τῶν — γεγενημένων, quod secundum codices Osannus ac deinde I. Bekkerus correxerunt. Nam A B τοῖς γεγενημένοις, P τοὺς γεγενημένοις, L Z X τοὺς γεγενημένους. Dativum iam cum ἔκρινε iunge, quod idem est atque εἶναι ἀνεῖλε. De Heraclidarum gente regnum Spartae tenenti vide Herodot. VIII, 131 ibique Valcken. Cf. VI, 52. Xen. Ages. I, 2 ibique intpp. Cf. infra ad 3.

2. Τυρταῖον] Cf. Pausan. IV, 15 sq. Iustin. III, 5. Athen. XIV, p. 630, f. Suid. lex.

κατέλιπε γὰρ αὐτοῖς ἐλεγεῖα ποιήσας] i. q. ἐποίησε γὰρ — καὶ κατέλιπε vel κατέλιπε γὰρ —, ἃ ἐποίησε. Cf. Xen. an. VI, 4 (6), 18: συμπέμψατε ὑμῶν αὐτῶν (sc. τινας) ἑλόμενοι, οἵτινες, — Elegia vocantur et singula disticha et tota carmina ex hexametris constantia et pentametris, quae alternis subiiciantur. Cf. 36, 2. Thuc. I, 132. Boeckh. corp. inscript. Gr. I. pag. 32. Hermann. epit. doctr. metr. §. 341. Quo loco non possum facere quin F. A. Wolfii coniecturam insignem commemorem; elegium enim vir immortalis volebat apud Cicer. Cat. Mai. c. 20. pro elogium emendari. Vide Hanhart. *Erinnerungen an Fr. A. Wolf.* p. 87.

3. καὶ περὶ τοὺς ἄλλους ποιητὰς οὐδένα λόγον ἔχοντες] Valcken. ad Herodot. II, 141 coniecit: καίπερ τοὺς ἄλλους ποιητὰς ἐν οὐδένι λόγῳ ἔχοντες. Qui licet vulgaris dicendi sit modus, non tamen, quod ab illo paullulum recedat, corrigendum statim censemus, praesertim reputantes, quam illa vocum καὶ περί in καίπερ mutatio, etsi speciosa er se, ad sententiarum seriem incommoda foret. Dissol-

veret enim praecedentium atque eorum, quae sequuntur, colligationem.

περὶ τούτου] Quod Scaliger coniecerat, *περὶ τοῦτον*, applaudentibus Tayloro et Valckenario (ad Herod. l. c.), plurimi editorum iam receperunt; quin etiam Z confirmare videtur. Ego cum I. Bekkero et Osanno nihil muto. Nam et codex ille quum multis locis tum hic correctorem sapit, et loquendi hoc genus, *σπουδάζειν περί τινος*, nihil offensionis habet, quanquam usitatius est *σπ. περί τινα* vel *ἐπί τινι*. Omnino enim late patet praepositionis *περί* cum genitivo iunctae usus ex primaria illa significatione, quod attinet ad aliquid; nihil ut minus mirari debeas, quam si illam ita positam inveneris, ubi aut aliam aut ipsam cum alio casu constructam exspectes. Cf. infra Tyrt. eleg. v. 14. Vid. Matth. gr. §. 589, a. Praeterea Osannus apposite citavit Xen. de rep. Laced. 4, 1: *περί γε μὴν τῶν ἡβώντων πολὺ μάλιστα ἐσπούδασε.* Adde Demosth. in Mid. p. 515 (§. 2. c.): *περὶ ὧν πρὸς ἐμὲ ἐσπουδάσατε.* Cf. ad 35, 2.

ὦσι] Ex A. G. Beckeri et Im. Bekkeri coniectura dedi. Libri *εἰσί*. Pinzgero dubito an nemo assentiat, coniicienti: *ὅτ᾽ ἐν τοῖς ὅπλοις ἐκστρ. εἰσί.* Indicativus enim per grammatices leges h. l. ferri nequit. Necessario enim haec indefinite cogitantur; transitumque ex obliqua in rectam constructionem eum, quem ille vir doctus h. l. statuit, equidem ignoro.

καλεῖν ἐπὶ τὴν τοῦ βασιλέως σκηνὴν κ. τ. λ.] «Non solum ad tentorium regis convenire iussis Tyrtaei carmina recitabantur, sed a singulis etiam Lacedaemoniis inter convivia canebantur. V. Meursii misc. Lac. II, 2. Cf. de eodem Tyrtaeo IV, 10 et 15 sqq. ac de carminibus Laconum generatim II, 11.» Hauptm.

TYRTAEI ELEGIA.

«Hanc Tyrtaei elegiam, quam hoc e loco Harpocratio v. *Τυρταῖος* p. 174 Gron. memorat, ab initio integram haud esse, docet cum sententiarum nexus tum particula *γάρ*, in qua vindicanda VV. DD. frustra desudaverunt.» Osann. «Haec prima est elegiarum Tyrtaei, quae extant in edd. poëtae.» A. G. Becker.

v. 1. *ἐπὶ προμάχοισι πεσόντα*] Franckius ad Callinum, ubi restituendis Tyrtaei elegiis curam impendit, p. 181 *ἐνί* pro *ἐπί*

vult emendari. Quam coniecturam I. Bekkerus recepit, probabilem illam quidem, necessariam non item.

v. 2. *περὶ ᾗ πατρίδι*] Matth. gr. Gr. §. 589, b.

v. 3. *τὴν δ' αὑτοῦ*] Ex Ald. et Z cum Pinzgero *αὑτοῦ* pro *αὐτοῦ* recepi. Vid. Herm. ad Vig. p. 932. Thiersch. gr. §. 206, 24. 240, 1. not. — Ad sententiam digni sunt, qui conferantur, versus Euripidis Phoen. 1010 — 1012. V. Valcken. ad 1011.

v. 7. *ἐχθρὸς μὲν γὰρ*] *Μέν*, quod Hermannus l. c. inserendum viderat, I. Bekkerus, Osann. et Pinzgerus e. MSS. dederunt.

v. 9. *αἰσχύνει τὲ*] *Μέν* (v. 7) et *τέ* inter se respondent, de qua re v. Herm. ad Vig. l. c. et p. 836 extr. Zeun. ad Vig. 537.

v. 11. *εἰθ' οὕτως*] Herm. ad Vig. 933. Neque tamen inepta illorum sententia, qui *εἰ δ' οὕτως* coniicientes apodosin v. 13. incipere statuunt. V. Pinzger. ad h. l.

v. 12. *οὔτ'*] In Z *οὐδ'* est, quod praetulit I. Bekkerus.

v. 25. *φίλαις ἐν*] Z et X *φίλ' ἐνί*, unde Osannus *φίλαις ἐνί*. Non male.

v. 26. *νεμεσητὸν ἰδεῖν*] i. e. *νεμεσητόν ἐστιν ἰδεῖν ταῦτα*. Reisk. coni. *νεμεσήτ' ἐνιδεῖν*. Vide ad 15, 4. Sed neque minus recte illud dictum est, et iustas contra Reiskii coniecturam Franckius atque Osann. moverunt dubitationes.

v. 27. 28. V. Herm. ad Vig. p. 934 sq. Valcken. diatrib. in Eurip. p. 293. A. — Quod Valckenar. pro vulg. *ἄρα τῆς* conieceerat, *ἐρατῆς*, confirmavit Z. Eodemque ducunt A B L P, *ἀρετῆς* exhibentes. Vid. Passov. symbol. crit. p. 30.

ἔχῃ] Cf. ad 14, 1. 15, 2.

v. 29. *θνητὸς*] Reiskius. Libri omnes *θνητοῖσιν*.

ἐρατὸς δὲ] Brunck. *τε* coni.

γυναιξὶν] Ita I. Bekkerus. Vulg. *γυναιξί*. V. Buttm. gr. max. §. 26, not. 1 extr. Hermann. de emend. Gr. gr. p. 22.

v. 30. « Vers. 30. in edd. Tyrtaei huius elegiae finis est. Distichon, quo apud Lycurgum clauditur, invenimus in eleg. 2, quam servavit Stobaeus. Alienum est ab hoc loco » A. G. Bekker.

v. 31. *τις*] Idem fere est atque *ἕκαστος*. Matth. gr. §. 487, 2.

διαβὰς] Cf. Il. XII, 458. « *Διαβαίνειν* de pedibus diductis, divaricatis dicitur. Vide quos laudat Fischer. ind Palaeph. h. v. » Weisk. ad Xen. an. IV., 3, 8. Miscell. obs. T. I. pag. 126.

4. *οἱ μὲν γὰρ πρόγονοι*] Repete *ἡμῶν* ex praegressis *τὴν πόλιν ἡμῶν*.

οἱ πρῶτοι] L P Z *πρῶτον*: « quo recepto *οἱ* aut in *οὐ* aut in *ἢ* mutabitur. » I. Bekker. Quae mutatio, quamvis commoda foret, tamen vulgata non incommoda, quam praeterea praestantissimi codd. tuentur.

ὁμοίως] Schulzius, A. G. Bekkerus et Heinrichius *οὐχ* praefigendum putarunt. Quae et Mori fuit sententia. « Equidem *οὐχ ὁμοίαις* malim. » I. Bekker. Vulgatae causam Osannus et Pinzgerus nuper susceperunt agendam, nempe dicentes illi, invictum cecidisse Leonidam, cl. Lys. epitaph. p. 95: *οὐχ ἡττηθέντες τῶν ἐναντίων, ἀλλ' ἀποθανόντες, οὗπερ ἐτάχθησαν μάχεσθαι*. At enim in ipsa hac re nihil nisi fortitudo Spartanorum cernitur; fortuna illos usos esse aeque secunda, atque Atheniensium apud Marathona exercitum, nemo non negabit. Quare cum I. Bekkero equidem sentio.

5. *ἐπὶ τοῖς ὁρίοις τοῦ βίου*] *τὰ ὅρια τοῦ βίου*, vitae termini, pro loco illo, ubi mortem obierunt (Herodot. VII, 228), insolentius paullo, sed non vitiose dictum; ipsa enim vita curriculi vel itineris imagine describi solet.

ἐκείνοις μέν] Addunt A B, Osannus, I. Bekker. et Pinzger.

ὦ ξεῖν' κ. τ. λ.] Cf. Herodot. l. c. Strab. IX, p. 413. ed. Basil. 1549. Diodor. XI, 11. 33. Cic. Tuscul. I, 42.

Cap. XXIX.

μνημονεύεσθαι καλά] Sic cum adiectivis variat infinitivus activi et passivi. Cf. ad 15, 4. Matth. gr. §. 535, b, not.

τοῖς πράξασιν] Recte Taylori coniecturam Heinrichius et Im. Bekkerus pro vulg. *ταῖς πράξεσιν* receperunt, aliqua e parte a MSS. illam confirmatam. Nam B P Z *τοῖς πράξεσιν* dant. In vulgata scriptura defendenda Pinzgerus nuper operam perdidit. Etenim *ταῦτα*, quod praecessit, ipsa maiorum praeclara facinora significat. In quibus eorundem facinorum inesse laudem, nemo dicet. An *ταῦτα* ad sola virtutis monumenta in ipsis proeliorum locis posita spectare videatur? Quod qui statuere voluerit, videat, quaeso, quid de iis, quae oppositionis vi subiiciuntur statim, sive *ὁ* seu *ὅ* legendum censet, facere cogitet.

ἀλλ' οὐχ ὁ Λεωκράτης] Cf. 15, 3: *ἀλλ' οὐχ ὅσαι κ. τ. λ.* Reiskii emendationem, codd. auctoritate accedente, Heinrichius, Osannus

et Im. Bekkerus receperunt. Quod ante in impressis legebatur, ὁ Λεωκράτης, Pinzger. et in Z exstare refert et praeferendum existimat. Cui miror quid ridiculi inesse videatur in hac sententia: quae Leocrates fecerit, ea neque ipsi neque civitati esse laudi. Quae sententia et ipsa sana et per oppositionem ad praegressa quam commodissima. Nam adiectivo ἀείμνηστος noli illius viri exemplo offendi: quippe cuius vis hac in parte sentiatur nulla. Tum non ἀλλ' οὐχ ὁ Λεωκράτης π., sed ἀλλ' ὁ Λεωκράτης οὐ π. dici debuit. Articulus denique vix semel (10, 3) nomini rei a Lycurgo praefixus est.

παλαιοῖς] De hac Taylori coniectura ita prorsus non dubito, ut cum editoribus quibusdam, in quibus et Heinrichius est, confidenter recipiam. Vulgo πολεμίοις. At enim quonam loco noster hostium mores sentiendique rationem ab Atheniensium consuetudine disparavit, disparatosque imitandos proposuit? Ac qui tandem sunt illi hostes? Spartanos certe ita tantum commemoravit, ut eorum exemplo antiquam ipsorum Atheniensium disciplinam et illustraret et commendaret. Contra patrios mores per universam orationem quum spectandos tum in omni vita privata ac publica exprimendos ostendit. Postremo, id quod maximum est, πολεμίοις si dixisset, oratoris falsa post ea, quae antecesserunt, exsisteret sententia, quaeque illorum et vim, si non conficeret, at minueret, et lucem obscuraret atque exstingueret. Fac enim πολεμίοις ab oratore esse profectum. Iam hostes et cives inter se opponuntur, opponunturque sine ulla temporis distinctione. Quid? Nonne honesta omnia et decora patriae consuetudinis esse Athenis demonstravit, ut hanc modo a maioribus traditam disciplinam servandam esse doceret? Nempe oblitus iam illorum orator in extrema orationis parte praecipua quadam, ubi pressam et gravem proximae demonstrationis conclusionem atque confirmationem exspectes, in aliena, credo, abiit, sententiamque posuit, quae nullo antea argumento communita, immo praegressae disputationi contraria, huius vim et momentum infirmet atque exstinguat.

Cap. XXX.

1. Εἰ δὲ μὴ] Δέ, auctoribus Stephano ac Tayloro, cum Schulzio, A. G. Bekkero, Heinrichio atque Pinzgero addo. Cf. VV. LL. ad Lucian. ed. Bip. T. V. p. 86. T. VIII, p. 139.

ἐκείνους] V. ad 15, 4.

προῃροῦντο] i. e. ratione et consilio ducti solebant, studebant.

2. Φρυνίχου] Vide de huius caede Thuc. VIII, 92, cuius narratio iis, quae tradit Lycurgus, pluribus nominibus repugnat. Cf. Lys. c. Agorat. 492. « De Phrynichi caede et historicorum de ea re discrepantia nonnulla diximus ad Lysiae vitam p. XXXIX. (Reisk. oratt. Gr. vol. VI, pag. 117 sq.). » Taylor. Qui vir doctus quum de toto reipublicae statu, qui fuerit ea tempestate, tum de Phrynichi rebus plurima proximis iam pagellis l. l. attulit. Imprimis vide Krüger. ad Dionys. historiogr. p. 384, not.

οἰσύοις] apud salices vel in salicto, *in den Weiden*. Significat locum aliunde non notum. Quod dedi, exstat in Z, ut auctor est Pinzgerus, qui et ipse cum Heinrichio recepit. »w οἰσία quod Phrynichus App. 57 (Bekkeri anecd. p. 57, 8) rectius in neutro τὸ οἴσυον dici admonet, Lycurgo opitulans, quem Schneiderus ob huius generis usum in vitii suspicionem adduxit.» Lobeck. ad Phrynich. p. 301 sq. Vid. Schneider. lexic. v. οἰσύα. Vulg. οἰσυίοις I. Bekkerus non immutavit.

ὑπὸ τῶν τοῦ Φρυνίχου φ.] Ante Reiskium vulgabatur ὑ. τοῦ Φ. φίλων, hic dedit ὑ. τῶν Φ. φίλων, Imm. denique Bekkerus ὑ. τῶν τοῦ Φ. φ., notans: « τοῦ add. A B.» Unde coniicio, quum ad Reiskianam recensionem MSS. sint collati, priorem articulum reperiri in omnibus.

αἰσθανόμενος] Accuratius foret αἰσθόμενος. Sed hoc modo sexcenties etiam Graeci loquuntur, nostro fere more: *als das Volk — erfuhr.* Thuc. I, 91: οἱ δὲ ἀκούοντες — ἐπείθοντο.

βασάνων γενομένων ἀνέκρινε] V. d. *Att. Process.* p. 622 sq. Cf. 683.

βασάνων γενομένων] Cf. ad 9, 3. 10, 5.

προδιδόντα] V. ad 13, 1. Cf. infr. §. 3 et 13, 32, 1. nn. 37, 3. A. G. Bekkerus vulg. contra Mori coniecturam. προδόντα, eo defendere studet, quod praesens inceptum, conatum designet, aoristus rem peractam. At praesens et imperfectum ita tantum de conatu ponuntur, si ipse conatus durans adhuc significatur. Phrynichus autem tum mortuus atque actum erat de omnibus, quae ante moliebatur. Itaque imperfecti participium e consuetudine illa explicandum, qua pro aoristo positum efficit, ut praeterita ac per-

acta in ipsa duratione cogitemus totaque mente repetamus. Ceterum de usu, qui grammaticis vocatur de conatu, v. ad 21, 3. 30, 15. 32, 1.

3. *Κριτίου εἰπόντος*] i. e. Critia rogante (latore). V. Schoemann. de comit. Ath. p. 133 sqq. Cf. Demosth. in Mid. p. 517 (4, c.).

κἂν δόξῃ προδότης ὢν ἐν τῇ χώρᾳ τεθάφθαι] Ita cum I. Bekkero recentiores scribunt, deleto codd. auctoritate *μή*, quod vulg. ante *τεθάφθαι* erat. Profiteor tamen, sine MSS. me nihil unquam mutaturum fuisse. Nam neque in illis: *δόξῃ ὤν*, participium me valde offendisset (cll. VV. LL. ad Xen. an. VII, 6, 38 et Krüger. ind. v. *δοκεῖν*) neque displicerent haec: *μὴ τεθάφθαι*, quae essent: *er solle nicht begraben sein*, sive *liegen*. Quin et sequens *τέ* tolerandum fortasse, neque, e Taylori mente, in *δέ* foret mutandum. Cf. ad 28, Tyrt. v. 9. Quanquam librorum MSS. lectio praestat.

τά τε ὀστᾶ αὐτοῦ ἀνορύξαι καὶ ἐξορίσαι] pro *τὰ ὀστᾶ αὐτοῦ ἀνορύξαι τε καὶ ἐξορίσαι*. Ita enim incepit, quasi esset subsecuturum, quod ad *ὀστᾶ* responderet. Cf. 14, 2. n.

ὅπως ἂν] Cf. ad 20, 4. Quod attinet ad rem, compara poenam Antiphontis et Archeptolemi apud Plutarch. vit. X oratt. p. 834 (T. IX. p. 315. R.). Taylor. vit. Lys. (oratt. Gr. vol. VI. R.) p. 120. Cf. Xen. hist. Gr. I, 7, 22. «Hinc et Themistoclis ossa clam in agro Attico condebant amici (immo tradebant propinqui illa clam condita esse, secundum Thucydidem. Bl.) Thuc. I. (c. 138. Bl.). Cornel. Nep. II, 10, 5.» Hauptmann.

προδιδόντος] V. ad §. 2. Cf. infra 13.

4. *τινές*] Hanc vocem, quam recentiorum alii sustulerunt, pars secluserunt, ego quoque spuriam existimo.

τοιαῦτα] Heinr. *τὰ τοιαῦτα*. Cf. 1, 2. 34, 1. 35, 4 ac praecipue n. ad 39, 16. V. Matth. gr. §. 264, 7ed. pr. Schäfer. meletem. in Dion. Hal. I. p. 32. Wyttenbach. ad Plutarch. Moral. I. p. 120 sq. Sed tamen invitis libris nihil in hoc genere novandum. Facile enim numerum locorum haud exiguum colligas, in quibus articulus ante *τοιοῦτος* nude positum etiamnum desideretur; v. c. Demosth. in Mid. p. 538 (21, e). 558 extr. (37, f). 560 (39, c). Certe vereor, ne plures eiusmodi exstent loci, quam qui ad regulam a viris doctis constitutam religioso critico corrigendi videantur; atque rect' legem explicat Matthiaeus gramm. ed. alter. §. 265, 7.

Λαβὲ δὲ αὐτοῖς] *Αὐτοῖς* ad iudices spectat; dativus est ethicus. Cf. §. 10. 32, 2. 9, 1. n.

5. *ἔπειτα*] V. ad 13, 3. Cf. infra §. 11.

Ἀρίσταρχον καὶ Ἀλεξικλέα] Cf. Taylor. l. l. p. 121.

τὸ σῶμα] Dinarch. in Dem. §. 38 (p. 30 R.): *ὧν ἔτι καὶ νῦν ζῇ τὰ σώματα*. Ibi Hier. Wolf. «*τὰ σώματα ἀντὶ ἀνθρώπων ἢ προςώπων* saepe Graeci ponunt.» Cf. infra §. 7.

6. *καὶ — ἔσεσθέ γε*] V. de particula Matth. §. 602, b.

λόγῳ μόνον] Osann. e Z X *μόνῳ* rec. Cf. infra §. 12. 13.

ἀδικοῦντα] *Ἀδικεῖν* saepe habet perfecti vim. Demosthen. in Mid. p. 514 (1, a). de cor. p. 327, 1. Cf. infra §. 16, n.

οὕτω] MSS. *οὔτε*. Unde, Schaubio et Osanno praeeuntibus, *οὗτοι* scripsit Pinzgerus. Heinrichius *ὅτι*. I. Bekkerus vulgatam tulit, coniiciens tamen pro *πάτριον* legendum esse *πάτριον ὄν*. At enim participium saepius in hac constructione omittitur. Matth. gr. §. 564 s. fin. Cf. §. 568, 3. not.

ὑμῶν] in reflexione positum, quae ad proximum spectet subiectum, miraculo haud mihi est. Nam in pronominibus primae et secundae personae Graeci reflexionis non semper rationem videntur habuisse. Cf. 24. Eur. v. 4: *δώσω τὴν ἐμὴν παῖδα*. 37, 1: *καὶ ὑπὲρ ὑμῶν καὶ — τιμωρήσασθαι κ. τ. λ.*

ψηφίζεσθε] Secundum Z Heinrichius, Osannus et Pinzger. *ψηφίζεσθαι*. Sed ille codex parum me movet.

παρὰ πάντων ὁμοίως — τὴν αὐτὴν] Observa pleonasmum, non sine vi illum quidem adhibitum.

φάσει] I. Bekker. ex A B addidit. Idem Osannus et Pinzger. fecerunt.

7. *Ἵππαρχον γὰρ τὸν Τιμάρχου*] «*τὸν Χάρμου*, Hipparchum, Charmi filium, rescribit H. Valesius, Harpocrationis (v. *Ἵππαρχος*) auctoritate motus. Cur non aequo iure emendandus erat Harpocratio ex Lycurgo? Id quod fecit Meursius. V. Att. Lect. V, 17. *Χαρίνου* legit Scaliger ad Eusebium.» Taylor.

τὴν περὶ τῆς προδοσίας] Vulgo *τῆς προδοσίας*. Heinrich. *τὴν τῆς προδ.* Optimus A habet *τὴν περὶ τῆς προδοσίας*, quam veram lectionem recepisse mihi videor. Cf. 35, 2: *περὶ προδοσίας τοῦτον κρίνων*, et vide de praepositionibus hoc modo abundanter positis not. ad 35, 6. Articulum autem, qui alibi ante genitivum cri-

minis abesse solet (vid. infra ad §. 16), posuit ut de re nota. Cf. Demosth. in Mid. p. 540 (24, a): δίκην δὲ τούτῳ λαχὼν ὕστερον τῆς κακηγορίας, ibique Spalding. Cf. ibid. p. 544 (25, g.) in Nicostrati et aliorum testimonio: ἔλαχε τὴν τοῦ κακηγορίου δίκην.

ἐν τῷ δήμῳ] Δῆμος populus et in comitiis et in iudiciis appellatur. V. *d. Att. Process* p. 215, n. 6.

ἔρημον τὸν ἀγῶνα ἐάσαντα] postquam vadimonium deseruit. Cf. Buttmann. ind. Demosthen. Mid. v. ἔρημος.

τῆς ἀδικίας] Seclusit Heinrichius. Ego cum ὅμηρον iungo; nam τῆς ἀδικίας ὅμηρον id est, a quo ultionem possis expetere, qua illatam tibi iniuriam compenses.

τὴν εἰκόνα] Cf. ad 35, 2.

ἐξ ἀκροπόλεως] Cf. §. 8. Articulum ne desidera. Ἀκρόπολις enim proprii nominis est instar. V. 23, 2. n.

καὶ οἱ ἄλλοι δὲ] V. ad 20, 7.

8. καί μοι λαβὲ] V. ad 9, 1.

ἡ εἰκὼν τοῦ Ἱππάρχου τοῦ προδότου] Cf. 6, 2. 8, 7. 20, 5. nn.— Z cum X ἡ εἰκ. ἡ Ἱππάρχου, quod dubito an Heinrichius et Osannus et Im. Bekkerus sprevissent, si codicum illorum indolem accuratius examinassent. V. ad 12, 2. 20, 2. 22, 1.

ἔπειτα] Cf. 6, 5. 14, 1. nn. Praecedente πρῶτον μέν saepe ἔπειτα sequitur, omisso δέ. Zeun. ad Viger. p. 537. Reisk. ind. Demosth. v. δέ.

προςαναγραφέντας] Vulg. προαναγραφέντας. Sed Taylori emendationem, a plurimis, quorum in numero et Heinrichius et I. Bekkerus, comprobatam, etiam MSS. nonnulli confirmare videntur. Nam Bekkerus προαναγραφέντας ex A et B solis annotavit, quibus X addendus, auctore Osanno.

9. ἐπειδὴ καὶ] Fuit quum particula me offenderet. At idem fere est, quod εἰ καί.

τὸ μνημεῖον τοῦ προδότου] V. ad 20, 5.

10. περὶ τῶν εἰς Δεκέλειαν μεταστάντων] Bello Peloponnesiaco. Thuc. VI, 92 sq. VII, 18 sq. praecipue 27. Plutarch. Alcib. c. 23 (p. 30. i. e. 44 R.). Nep. Alcib. c. 4 extr. Demosth. Mid. p. 562 (40, c).

ἐπολιορκεῖτο] Hoc, ut ab oratore dictum, non magnopere offendit. Nempe strictiori sensu πολιορκία illa non fuit.

ὅτι] vulg. εἰ. A B ὅτι. L P Z X οἱ. Inde post Osannum et I. Bekkerum ὅτι editur.

11. θεσμοθέτας] His reum tradi psephisma iubebat, ut iudices, ipsis praesidibus, de causa quaererent. Cognita causa, carnifici convictum ac damnatum non ipsi tradebant, sed per undecimviros (τοὺς ἕνδεκα). V. d. *Att. Process.* p. 32 sq., not. 21; p. 740, not. 4. De undecimviris vid. l. l. p. 68 sqq., de thesmothetis p. 59 sqq.

τοῦ ὀρύγματος] «Taylorum τῷ ὀρύγματι legi iubentem Schulzius bene refutat: cf. Lobeck. ad Phrynich. p. 474.» Osann. Add. Matth. gr. §. 584 extr., cl. §. 586, b. Viger. p. 612. De re vide Pinzger. ad h. l. Meurs. Lect. Att. I, 25. qui aeque, ac Taylorus vult, τῷ ὀρύγματι scribit; et quos citat Schmidt. ad Dinarch. in Dem. 62 (p. 46 R.).

12. τοῦ περὶ τοῦ] Priorem articulum add. Reiskius, quem secuti sunt Heinrichius, I. Bekkerus et Pinzger.

λόγῳ μόνῳ] Ita I. Bekkerus ex A B rescripsit. Vulg. μόνῳ λόγῳ. »Historiam enarrat Herodot. IX, 4. 5. Interfecti nomen fuit Lycidas, e senatorum numero, qui, Athenis a Mardonio captis, cum ceteris Salamina concesserat. Is autem, Mardonio poscente ut Athenienses Persarum imperio se subiicerent, deditionem suasit. Hunc senatus sua manu occidit.» A. G. Becker. Cf. 17, 4. ibique not.

περιελομένη τοὺς στεφάνους] »depositis coronis; στέφανος insigne erat senatoris Demosth. c. Aristogit. II. p. 802, 3. R. cf. c. Theocrit. 1330, 21.» A. G. Becker. Significabant igitur senatores, se honorem et dignitatem iam quasi exuere, ne eam tristissimo atque ignobili negotio contaminarent. — Περιαιρεῖσθαι, exuere, cui περιβάλλεσθαι, induere, oppositum, iam 10, 6, at cum translatione significationis legitur.

γενναῖόν γε] γε pro δέ Reiskii debetur emendationi, ab I. Bekkero Heinrichioque receptum. Pinzger. eius loco δή posuit. Cf. ad 32, 3.

τῶν ὑμετέρων προγόνων] Intelliguntur et iidem, qui illud decretum sanxerint, et generatim universi Atheniensium maiores.

δικαίως] idem fere quod εἰκότως; significat enim aliter fieri fere non potuisse.

συγγενεῖς — τὰς ψυχάς] De constructionis ratione vid. ad 1, 1. 2, 4.

ἐκέκτηντο] sc. οἱ πρόγονοι. Inde fieri non potuit, quin inter se consentirent, neque statuerent quidquam, nisi quod scitis gestisque quum ceteris suis tum superioris aetatis conveniret.

13. ὑμῖν δοκεῖ] Iustum ordinem I. Bekkerus ex A B restituit. Vulg. δοκεῖ ὑμῖν.

Λεωκράτην] Ita e libris MSS. Im. Bekkerus. V. Buttmann. gr. max. §. 56, n. 7. Velim tamen scire, a quibusnam Atticistarum, iisque severioribus, hunc accusativum in ην desinentem minus probari Buttmannus dicat. (Quanquam Elmsleius in Quart. rev. 14. p. 453 dubitationes haud spernendas contra grammaticorum praecepta movit. Cf. Brunck. ad Soph. Oed. C. 375.) Matth. gr. §. 91. Maittair. Gr. linguae dial. p. 25, α (34. Sturz.). Choerobosc. Bekkeri anecd. p. 1190. et qui praeterea apud Maittarium et Matth. citantur in not. Iam quod ad Lycurgum attinet, Λεωκράτην habes 2, 4. (ubi tamen Heinrichius, nescio qua ductus auctoritate, Λεωκράτη scripsit, nisi forte operarum lapsum in eo loco agnoscas.) 7, 2. 8, 8. 17, 7. 35, 1. 37, 1. 2. Λεωκράτη legitur 1, 2. 36, 1. (quo loco P Z, quos sequitur Pinzger., alteram dant formam). 37, 5 bis, postquam I. Bekkerus e MSS. vulg. Λεωκράτην mutavit, quanquam semel tantum lectionis varietatem annotans. Sed cf. Osanni not. Omnino, ut in re nondum ad liquidum explorata, codd. optimorum vestigia premenda.

προδιδόντα] Heinrich. προδόντα. At vide supra §. 2 et 3. nn.

τὴν οἰκουμένην] Displicet articulus.

ταῖς τιμωρίαις] Libri mendose τῆς τιμωρίας, quod I. Bekkerus retinuit. Stephani emendationem secundum alios ego quoque amplexus sum. V. Bastii comment. palaeograph. (ad calcem Gregor. Cor. ed. Schäfer.) p. 752.

ἀποστερεῖν] Reiskio ἑαυτούς post ἐπιχειρήσαντας inserendum videbatur; Heinrichius αὐτούς ante ἀποστερεῖν, Pinzgerus post idem verbum addidit. Vix equidem crediderim, ex oratoris mente illud esse adiectum. Nam spectant haec ad Lycidam, qui quum deditionem ad Persas suasit, reliquam Graeciam Atheniensium ope privatum ivit. Proinde τῆς παρὰ τ. δήμου σωτηρίας ἀποστερεῖν generatim dici potest, obiecto non addito. Cf. Xen. anab. VII, 7, 48: ἐγὼ γὰρ οὔτε διενοήθην πώποτε ἀποστερῆσαι ἀποδώσω τε. Ubi aeque obiectum ex praegressis facile subauditur.

veret enim praecedentium atque eorum, quae sequuntur, colligationem.

περὶ τούτου] Quod Scaliger coniecerat, περὶ τοῦτον, applaudentibus Tayloro et Valckenario (ad Herod. l. c.), plurimi editorum iam receperunt; quin etiam Z confirmare videtur. Ego cum I. Bekkero et Osanno nihil muto. Nam et codex ille quum multis locis tum hic correctorem sapit, et loquendi hoc genus, σπουδάζειν περί τινος, nihil offensionis habet, quanquam usitatius est σπ. περί τινα vel ἐπί τινι. Omnino enim late patet praepositionis περί cum genitivo iunctae usus ex primaria illa significatione, quod attinet ad aliquid; nihil ut minus mirari debeas, quam si illam ita positam inveneris, ubi aut aliam aut ipsam cum alio casu constructam exspectes. Cf. infra Tyrt. eleg. v. 14. Vid. Matth. gr. §. 589, a. Praeterea Osannus apposite citavit Xen. de rep. Laced. 4, 1: περί γε μὴν τῶν ἡβώντων πολὺ μάλιστα ἐσπούδασε. Adde Demosth. in Mid. p. 515 (§. 2. c.): περὶ ὧν πρὸς ἐμὲ ἐσπουδάσατε. Cf. ad 35, 2.

ὦσι] Ex A. G. Beckeri et Im. Bekkeri coniectura dedi. Libri εἰσί. Pinzgero dubito an nemo assentiat, coniicienti: ὅτ' ἐν τοῖς ὅπλοις ἐκστρ. εἰσί. Indicativus enim per grammatices leges h. l. ferri nequit. Necessario enim haec indefinite cogitantur; transitumque ex obliqua in rectam constructionem eum, quem ille vir doctus h. l. statuit, equidem ignoro.

καλεῖν ἐπὶ τὴν τοῦ βασιλέως σκηνὴν κ. τ. λ.] «Non solum ad tentorium regis convenire iussis Tyrtaei carmina recitabantur, sed a singulis etiam Lacedaemoniis inter convivia canebantur. V. Meursii misc. Lac. II, 2. Cf. de eodem Tyrtaeo IV, 10 et 15 sqq. ac de carminibus Laconum generatim II, 11.» Hauptm.

TYRTAEI ELEGIA.

«Hanc Tyrtaei elegiam, quam hoc e loco Harpocratio v. *Τυρταῖος* p. 174 Gron. memorat, ab initio integram haud esse, docet cum sententiarum nexus tum particula *γάρ*, in qua vindicanda VV. DD. frustra desudaverunt.» Osann. «Haec prima est elegiarum Tyrtaei, quae extant in edd. poëtae.» A. G. Becker.

v. 1. ἐπὶ προμάχοισι πεσόντα] Franckius ad Callinum, ubi restituendis Tyrtaei elegiis curam impendit, p. 181 ἐνί pro ἐπί

vult emendari. Quam coniecturam I. Bekkerus recepit, probabilem illam quidem, necessariam non item.

v. 2. περὶ ῇ πατρίδι] Matth. gr. Gr. §. 589, b.

v. 3. τὴν δ' αὐτοῦ] Ex Ald. et Z cum Pinzgero αὑτοῦ pro αὐτοῦ recepi. Vid. Herm. ad Vig. p. 932. Thiersch. gr. §. 206, 24. 240, 1. not. — Ad sententiam digni sunt, qui conferantur, versus Euripidis Phoen. 1010 — 1012. V. Valcken. ad 1011.

v. 7. ἐχθρὸς μὲν γὰρ] Μέν, quod Hermannus l. c. inserendum viderat, I. Bekkerus, Osann. et Pinzgerus e MSS. dederunt.

v. 9. αἰσχύνει τέ] Μέν (v. 7) et τέ inter se respondent, de qua re v. Herm. ad Vig. l. c. et p. 836 extr. Zeun. ad Vig. 537.

v. 11. εἴθ' οὕτως] Herm. ad Vig. 933. Neque tamen inepta illorum sententia, qui εἰ δ' οὕτως coniicientes apodosin v. 13. incipere statuunt. V. Pinzger. ad h. l.

v. 12. οὔτ'] In Z οὐδ' est, quod praetulit I. Bekkerus.

v. 25. φίλοις ἐν] Z et X φίλ' ἐνί, unde Osannus φίλαις ἐνί. Non male.

v. 26. νεμεσητὸν ἰδεῖν] i. e. νεμεσητόν ἐστιν ἰδεῖν ταῦτα. Reisk. coni. νεμεσητ' ἐνιδεῖν. Vide ad 15, 4. Sed neque minus recte illud dictum est, et iustas contra Reiskii coniecturam Franckius atque Osann. moverunt dubitationes.

v. 27. 28. V. Herm. ad Vig. p. 934 sq. Valcken. diatrib. in Eurip. p. 293. A. — Quod Valckenar. pro vulg. ἄρα τῆς coniecerat, ἐρατῆς, confirmavit Z. Eodemque ducunt A B L P, ἀρετῆς exhibentes. Vid. Passov. symbol. crit. p. 30.

ἔχῃ] Cf. ad 14, 1. 15, 2.

v. 29. θνητὸς] Reiskius. Libri omnes θνητοῖσιν.

ἐρατὸς δὲ] Brunck. τε coni.

γυναιξὶν] Ita I. Bekkerus. Vulg. γυναιξί. V. Buttm. gr. max. §. 26, not. 1 extr. Hermann. de emend. Gr. gr. p. 22.

v. 30. «Vers. 30. in edd. Tyrtaei huius elegiae finis est. Distichon, quo apud Lycurgum clauditur, invenimus in eleg. 2, quam servavit Stobaeus. Alienum est ab hoc loco». A. G. Bekker.

v. 31. τις] Idem fere est atque ἕκαστος. Matth. gr. §. 487, 2.

διαβὰς] Cf. Il. XII, 458. «Διαβαίνειν de pedibus diductis, divaricatis dicitur. Vide quos laudat Fischer. ind Palaeph. h. v.» Weisk. ad Xen. an. IV, 3, 8. Miscell. obs. T. I. pag. 126.

4. οἱ μὲν γὰρ πρόγονοι] Repete ἡμῶν ex praegressis τὴν πόλιν ἡμῶν.

οἱ πρῶτοι] L P Z πρῶτον: « quo recepto οἱ aut in οὐ aut in ἤ mutabitur. » I. Bekker. Quae mutatio, quamvis commoda foret, tamen vulgata non incommoda, quam praeterea praestantissimi codd. tuentur.

ὁμοίως] Schulzius, A. G. Bekkerus et Heinrichius οὐχ praefigendum putarunt. Quae et Mori fuit sententia. « Equidem οὐχ ὁμοίαις malim. » I. Bekker. Vulgatae causam Osannus et Pinzgerus nuper susceperunt agendam, nempe dicentes illi, invictum cecidisse Leonidam, cl. Lys. epitaph. p. 95: οὐχ ἡττηθέντες τῶν ἐναντίων, ἀλλ' ἀποθανόντες, οἵπερ ἐτάχθησαν μάχεσθαι. At enim in ipsa hac re nihil nisi fortitudo Spartanorum cernitur; fortuna illos usos esse aeque secunda, atque Atheniensium apud Marathona exercitum, nemo non negabit. Quare cum I. Bekkero equidem sentio.

5. ἐπὶ τοῖς ὁρίοις τοῦ βίου] τὰ ὅρια τοῦ βίου, vitae termini, pro loco illo, ubi mortem obierunt (Herodot. VII, 228), insolentius paullo, sed non vitiose dictum; ipsa enim vita curriculi vel itineris imagine describi solet.

ἐκείνοις μέν] Addunt A B, Osannus, I. Bekker. et Pinzger.

ὦ ξεῖν' κ. τ. λ.] Cf. Herodot. l. c. Strab. IX, p. 413. ed. Basil. 1549. Diodor. XI, 11. 33. Cic. Tuscul. I, 42.

CAP. XXIX.

μνημονεύεσθαι καλά] Sic cum adiectivis variat infinitivus activi et passivi. Cf. ad 15, 4. Matth. gr. §. 535, b, not.

τοῖς πράξασιν] Recte Taylori coniecturam Heinrichius et Im. Bekkerus pro vulg. ταῖς πράξεσιν receperunt, aliqua e parte a MSS. illam confirmatam. Nam B P Z τοῖς πράξεσιν dant. In vulgata scriptura defendenda Pinzgerus nuper operam perdidit. Etenim ταῦτα, quod praecessit, ipsa maiorum praeclara facinora significat. In quibus eorundem facinorum inesse laudem, nemo dicet. An ταῦτα ad sola virtutis monumenta in ipsis proeliorum locis posita spectare videatur? Quod qui statuere voluerit, videat, quaeso, quid de iis, quae oppositionis vi subiiciuntur statim, sive ὃ seu ὅ legendum censet, facere cogitet.

ἀλλ' οὐχ ὃ Λεωκράτης] Cf. 15, 3: ἀλλ' οὐχ ὅσαι κ. τ. λ. Reiskii emendationem, codd. auctoritate accedente, Heinrichius, Osannus

et Im. Bekkerus receperunt. Quod ante in impressis legebatur, ὁ *Λεωκράτης*, Pinzger. et in Z exstare refert et praeferendum existimat. Cui miror quid ridiculi inesse videatur in hac sententia: quae Leocrates fecerit, ea neque ipsi neque civitati esse laudi. Quae sententia et ipsa sana et per oppositionem ad praegressa quam commodissima. Nam adiectivo *ἀείμνηστος* noli illius viri exemplo offendi: quippe cuius vis hac in parte sentiatur nulla. Tum non *ἀλλ' οὐχ ὁ Λεωκράτης π.*, sed *ἀλλ' ὁ Λεωκράτης οὐ π.* dici debuit. Articulus denique vix semel (10, 3) nomini rei a Lycurgo praefixus est.

παλαιοῖς] De hac Taylori coniectura ita prorsus non dubito, ut cum editoribus quibusdam, in quibus et Heinrichius est, confidenter recipiam. Vulgo *πολεμίοις*. At enim quonam loco noster hostium mores sentiendique rationem ab Atheniensium consuetudine disparavit, disparatosque imitandos proposuit? Ac qui tandem sunt illi hostes? Spartanos certe ita tantum commemoravit, ut eorum exemplo antiquam ipsorum Atheniensium disciplinam et illustraret et commendaret. Contra patrios mores per universam orationem quum spectandos tum in omni vita privata ac publica exprimendos ostendit. Postremo, id quod maximum est, *πολεμίοις* si dixisset, oratoris falsa post ea, quae antecesserunt, exsisteret sententia, quaeque illorum et vim, si non conficeret, at minueret, et lucem obscuraret atque exstingueret. Fac enim *πολεμίοις* ab oratore esse profectum. Iam hostes et cives inter se opponuntur, opponunturque sine ulla temporis distinctione. Quid? Nonne honesta omnia et decora patriae consuetudinis esse Athenis demonstravit, ut hanc modo a maioribus traditam disciplinam servandam esse doceret? Nempe oblitus iam illorum orator in extrema orationis parte praecipua quadam, ubi pressam et gravem proximae demonstrationis conclusionem atque confirmationem exspectes, in aliena, credo, abiit, sententiamque posuit, quae nullo antea argumento communita, immo praegressae disputationi contraria, huius vim et momentum infirmet atque exstinguat.

CAP. XXX.

1. *Εἰ δὲ μή*] *Δέ*, auctoribus Stephano ac Tayloro, cum Schulzio, A. G. Bekkero, Heinrichio atque Pinzgero addo. Cf. VV. LL. ad Lucian. ed. Bip. T. V. p. 86. T. VIII, p. 139.

ἐκείνους] V. ad 15, 4.

προῃροῦντο] i. e. ratione et consilio ducti solebant, studebant.

2. Φρυνίχου] Vide de huius caede Thuc. VIII, 92, cuius narratio iis, quae tradit Lycurgus, pluribus nominibus repugnat. Cf. Lys. c. Agorat. 492. « De Phrynichi caede et historicorum de ea re discrepantia nonnulla diximus ad Lysiae vitam p. XXXIX. (Reisk. oratt. Gr. vol. VI, pag. 117 sq.). » Taylor. Qui vir doctus quum de toto reipublicae statu, qui fuerit ea tempestate, tum de Phrynichi rebus plurima proximis iam pagellis l. l. attulit. Imprimis vide Krüger. ad Dionys. historiogr. p. 384, not.

οἰσύοις] apud salices vel in salicto, *in den Weiden*. Significat locum aliunde non notum. Quod dedi, exstat in Z, ut auctor est Pinzgerus, qui et ipse cum Heinrichio recepit. »w οἰσία quod Phrynichus App. 57 (Bekkeri anecd. p. 57, 8) rectius in neutro τὸ οἴσυον dici admonet, Lycurgo opitulans, quem Schneiderus ob huius generis usum in vitii suspicionem adduxit.» Lobeck. ad Phrynich. p. 301 sq. Vid. Schneider. lexic. v. οἰσύα. Vulg. οἰσυΐοις I. Bekkerus non immutavit.

ὑπὸ τῶν τοῦ Φρυνίχου φ.] Ante Reiskium vulgabatur ὑ. τοῦ Φ. φίλων, hic dedit ὑ. τῶν Φ. φίλων, Imm. denique Bekkerus ὑ. τῶν τοῦ Φ. φ., notans: « τοῦ add. A B.» Unde coniicio, quum ad Reiskianam recensionem MSS. sint collati, priorem articulum reperiri in omnibus.

αἰσθανόμενος] Accuratius foret αἰσθόμενος. Sed hoc modo sexcenties etiam Graeci loquuntur, nostro fere more: *als das Volk — erfuhr*. Thuc. I, 91: οἱ δὲ ἀκούοντες — ἐπεἰθοντο.

βασάνων γενομένων ἀνέκρινε] V. *d. Att. Process.* p. 622 sq. Cf. 683.

βασάνων γενομένων] Cf. ad 9, 3. 10, 5.

προδιδόντα] V. ad 13, 1. Cf. infr. §. 3 et 13, 32, 1. nn. 37, 3. A. G. Bekkerus vulg. contra Mori coniecturam. προδόντα, eo defendere studet, quod praesens inceptum, conatum designet, aoristus rem peractam. At praesens et imperfectum ita tantum de conatu ponuntur, si ipse conatus durans adhuc significatur. Phrynichus autem tum mortuus atque actum erat de omnibus, quae ante moliebatur. Itaque imperfecti participium e consuetudine illa explicandum, qua pro aoristo positum efficit, ut praeterita ac per-

acta in ipsa duratione cogitemus totaque mente repetamus. Ceterum de usu, qui grammaticis vocatur de conatu, v. ad 21, 3. 30, 15. 32, 1.

3. *Κριτίου εἰπόντος*] i. e. **Critia rogante (latore).** V. Schoemann. de comit. Ath. p. 133 sqq. Cf. Demosth. in Mid. p. 517 (4, c.).

κἂν δόξῃ προδότης ὢν ἐν τῇ χώρᾳ τεθάφθαι] Ita cum I. Bekkero recentiores scribunt, deleto codd. auctoritate *μή*, quod vulg. ante *τεθάφθαι* erat. Profiteor tamen, sine MSS. me nihil unquam mutaturum fuisse. Nam neque in illis: *δόξῃ ὤν*, participium me valde offendisset (cll. VV. LL. ad Xen. an. VII, 6, 38 et Krüger. ind. v. *δοκεῖν*) neque displicerent haec: *μὴ τεθάφθαι*, quae essent: *er solle nicht begraben* **sein**, sive **liegen.** Quin et sequens *τέ* tolerandum fortasse, neque, e Taylori mente, in *δέ* foret mutandum. Cf. ad 28, Tyrt. v. 9. Quanquam librorum MSS. lectio praestat.

τά τε ὀστᾶ αὐτοῦ ἀνορύξαι καὶ ἐξορίσαι] pro *τὰ ὀστᾶ αὐτοῦ ἀνορύξαι τε καὶ ἐξορίσαι*. Ita enim incepit, quasi esset subsecuturum, quod ad *ὀστᾶ* responderet. Cf. 14, 2. n.

ὅπως ἄν] Cf. ad 20, 4. Quod attinet ad rem, compara poenam Antiphontis et Archeptolemi apud Plutarch. vit. X oratt. p. 834 (T. IX. p. 315. R.). Taylor. vit. Lys. (oratt. Gr. vol. VI. R.) p. 120. Cf. Xen. hist. Gr. I, 7, 22. «Hinc et Themistoclis ossa clam in agro Attico condebant amici (immo tradebant propinqui illa clam condita esse, secundum Thucydidem. Bl.) Thuc. I. (c. 138. Bl.). Cornel. Nep. II, 10, 5.» **Hauptmann.**

προδιδόντος] V. ad §. 2. Cf. infra 13.

4. *τινές*] Hanc vocem, quam recentiorum alii sustulerunt, pars secluserunt, ego quoque spuriam existimo.

τοιαῦτα] Heinr. *τὰ τοιαῦτα*. Cf. 1, 2. 34, 1. 35, 4 ac praecipue n. ad 3?, 16. V. Matth. gr. §. 264, 7ed. pr. Schäfer. meletem. in Dion. Hal. I. p. 32. Wyttenbach. ad Plutarch. Moral. I. p. 120 sq. Sed tamen invitis libris nihil in hoc genere novandum. Facile enim numerum locorum haud exiguum colligas, in quibus articulus ante *τοιοῦτος* nude positum etiamnum desideretur; v. e. Demosth. in Mid. p. 538 (21, e). 558 extr. (37, f). 560 (39, c). Certe vereor, ne plures eiusmodi exstent loci, quam qui ad regulam a viris doctis constitutam religioso critico corrigendi videantur; atque rectius legem explicat Matthiaeus gramm. ed. alter. §. 265, 7.

Λαβὲ δὲ αὐτοῖς] *Αὐτοῖς* ad iudices spectat; dativus est ethicus. Cf. §. 10. 32, 2. 9, 1. n.

5. *ἔπειτα*] V. ad 13, 3. Cf. infra §. 11.

Ἀρίσταρχον καὶ Ἀλεξικλέα] Cf. Taylor. l. l. p. 121.

τὸ σῶμα] Dinarch. in Dem. §. 38 (p. 30 R.): *ὧν ἔτι καὶ νῦν ζῇ τὰ σώματα.* Ibi Hier. Wolf. «*τὰ σώματα ἀντὶ ἀνθρώπων ἢ προςώπων* saepe Graeci ponunt.» Cf. infra §. 7.

6. *καὶ — ἴσεσθέ γε*] V. de particula Matth. §. 602, b.

λόγῳ μόνον] Osann. e Z X *μόνῳ* rec. Cf. infra §. 12. 13.

ἀδικοῦντα] *Ἀδικεῖν* saepe habet perfecti vim. Demosthen. in Mid. p. 514 (1, a). de cor. p. 327, 1. Cf. infra §. 16, n.

οὕτω] MSS. *οὔτε*. Unde, Schaubio et Osanno praeeuntibus, *οὗτοι* scripsit Pinzgerus. Heinrichius *οὔτι*, I. Bekkerus vulgatam tulit, coniiciens tamen pro *πάτριον* legendum esse *πάτριον ὄν*. At enim participium saepius in hac constructione omittitur. Matth. gr. §. 564 s. fin. Cf. §. 568, 3. not.

ὑμῶν] in reflexione positum, quae ad proximum spectet subiectum, miraculo haud mihi est. Nam in pronominibus primae et secundae personae Graeci reflexionis non semper rationem videntur habuisse. Cf. 24. Eur. v. 4: *δώσω τὴν ἐμὴν παῖδα.* 37, 1: *καὶ ὑπὲρ ὑμῶν καὶ — τιμωρήσασθαι κ. τ. λ.*

ψηφίζεσθε] Secundum Z Heinrichius, Osannus et Pinzger. *ψηφίζεσθαι*. Sed ille codex parum me movet.

παρὰ πάντων ὁμοίως — τὴν αὐτὴν] Observa pleonasmum, non sine vi illum quidem adhibitum.

φάσει] I. Bekker. ex A B addidit. Idem Osannus et Pinzger. fecerunt.

7. *Ἵππαρχον γὰρ τὸν Τιμάρχου*] «*τὸν Χάρμου*, Hipparchum, Charmi filium, rescribit H. Valesius, Harpocrationis (v. *Ἵππαρχος*) auctoritate motus. Cur non aequo iure emendandus erat Harpocratio ex Lycurgo? Id quod fecit Meursius. V. Att. Lect. V, 17. *Χαρίνου* legit Scaliger ad Eusebium.» Taylor.

τὴν περὶ τῆς προδοσίας] Vulgo *τῆς προδοσίας*. Heinrich. *τὴν τῆς προδ.* Optimus A habet *τὴν περὶ τῆς προδοσίας*, quam veram lectionem recepisse mihi videor. Cf. 35, 2: *περὶ προδοσίας τοῦτον κρίνων*, et vide de praepositionibus hoc modo abundanter positis not. ad 35, 6. Articulum autem, qui alibi ante genitivum cri-

minis abesse solet (vid. infra ad §. 16), posuit ut de re nota. Cf. Demosth. in Mid. p. 540 (24, a): δίκην δὲ τούτῳ λαχὼν ὕστερον τῆς κακηγορίας, ibique Spalding. Cf. ibid. p. 544 (25, g.) in Nicostrati et aliorum testimonio: ἔλαχε τὴν τοῦ κακηγορίου δίκην.

ἐν τῷ δήμῳ] Δῆμος populus et in comitiis et in iudiciis appellatur. V. *d. Att. Process* p. 215, n. 6.

ἔρημον τὸν ἀγῶνα ἐάσαντα] postquam vadimonium deseruit. Cf. Buttmann. ind. Demosthen. Mid. v. ἔρημος.

τῆς ἀδικίας] Seclusit Heinrichius. Ego cum ὅμηρον iungo; nam τῆς ἀδικίας ὅμηρον id est, a quo ultionem possis expetere, qua illatam tibi iniuriam compenses.

τὴν εἰκόνα] Cf. ad 35, 2.

ἐξ ἀκροπόλεως] Cf. §. 8. Articulum ne desidera. Ἀκρόπολις enim proprii nominis est instar. V. 23, 2. n.

καὶ οἱ ἄλλοι δὲ] V. ad 20, 7.

8. καί μοι λαβὲ] V. ad 9, 1.

ἡ εἰκὼν τοῦ Ἱππάρχου τοῦ προδότου] Cf. 6, 2. 8, 7. 20, 5. nn. — Z cum X ἡ εἰκ. ἡ Ἱππάρχου, quod dubito an Heinrichius et Osannus et Im. Bekkerus sprevissent, si codicum illorum indolem accuratius examinassent. V. ad 12, 2. 20, 2. 22, 1.

ἔπειτα] Cf. 6, 5. 14, 1. nn. Praecedente πρῶτον μέν saepe ἔπειτα sequitur, omisso δέ. Zeun. ad Viger. p. 537. Reisk. ind. Demosth. v. δέ.

προςαναγραφέντας] Vulg. προαναγραφέντας. Sed Taylori emendationem, a plurimis, quorum in numero et Heinrichius et I. Bekkerus, comprobatam, etiam MSS. nonnulli confirmare videntur. Nam Bekkerus προαναγραφέντας ex A et B solis annotavit, quibus X addendus, auctore Osanno.

9. ἐπειδὴ καὶ] Fuit quum particula me offenderet. At idem fere est, quod εἰ καί.

τὸ μνημεῖον τοῦ προδότου] V. ad 20, 5.

10. περὶ τῶν εἰς Δεκέλειαν μεταστάντων] Bello Peloponnesiaco. Thuc. VI, 92 sq. VII, 18 sq. praecipue 27. Plutarch. Alcib. c. 23 (p. 30. i. e. 44 R.). Nep. Alcib. c. 4 extr. Demosth. Mid. p. 562 (40, c).

ἐπολιορκεῖτο] Hoc, ut ab oratore dictum, non magnopere offendit. Nempe strictiori sensu πολιορκία illa non fuit.

ὅτι] vulg. εἰ. A B ὅτι. L P Z X οἱ. Inde post Osannum et I. Bekkerum ὅτι editur.

11. θεσμοθέτας] His reum tradi psephisma iubebat, ut iudices, ipsis praesidibus, de causa quaererent. Cognita causa, carnifici convictum ac damnatum non ipsi tradebant, sed per undecimviros (τοὺς ἕνδεκα). V. d. *Att. Process.* p. 32 sq., not. 21; p. 740, not. 4. De undecimviris vid. l. l. p. 68 sqq., de thesmothetis p. 59 sqq.

τοῦ ὀρύγματος] «Taylorum τῷ ὀρύγματι legi iubentem Schulzius bene refutat: cf. Lobeck. ad Phrynich. p. 474.» Osann. Add. Matth. gr. §. 584 extr., cl. §. 586, b. Viger. p. 612. De re vide Pinzger. ad h. l. Meurs. Lect. Att. I, 25, qui aeque, ac Taylorus vult, τῷ ὀρύγματι scribit; et quos citat Schmidt. ad Dinarch. in Dem. 62 (p. 46 R.).

12. τοῦ περὶ τοῦ] Priorem articulum add. Reiskius, quem secuti sunt Heinrichius, I. Bekkerus et Pinzger.

λόγῳ μόνῳ] Ita I. Bekkerus ex A B rescripsit. Vulg. μόνῳ λόγῳ. »Historiam enarrat Herodot. IX, 4. 5. Interfecti nomen fuit Lycidas, e senatorum numero, qui, Athenis a Mardonio captis, cum ceteris Salamina concesserat. Is autem, Mardonio poscente ut Athenienses Persarum imperio se subiicerent, deditionem suasit. Hunc senatus sua manu occidit.» A. G. Becker. Cf. 17, 4. ibique not.

περιελομένη τοὺς στεφάνους] »depositis coronis; στέφανος insigne erat senatoris Demosth. c. Aristogit. II. p. 802, 3. R. cf. c. Theocrit. 1330, 21.» A. G. Becker. Significabant igitur senatores, se honorem et dignitatem iam quasi exuere, ne eam tristissimo atque ignobili negotio contaminarent. — Περιαιρεῖσθαι, exuere, cui περιβάλλεσθαι, induere, oppositum, iam 10, 6, at cum translatione significationis legitur.

γενναῖόν γε] γε pro δέ Reiskii debetur emendationi, ab I. Bekkero Heinrichioque receptum. Pinzger. eius loco δὴ posuit. Cf. ad 32, 3.

τῶν ὑμετέρων προγόνων] Intelliguntur et iidem, qui illud decretum sanxerint, et generatim universi Atheniensium maiores.

δικαίως] idem fere quod εἰκότως; significat enim aliter fieri fere non potuisse.

συγγενεῖς — τὰς ψυχάς] De constructionis ratione vid. ad 1, 1. 2, 4.

ἐκέκτηντο] sc. οἱ πρόγονοι. Inde fieri non potuit, quin inter se consentirent, neque statuerent quidquam, nisi quod scitis gestisque quum ceteris suis tum superioris aetatis conveniret.

13. ὑμῖν δοκεῖ] Iustum ordinem I. Bekkerus ex A B restituit. Vulg. δοκεῖ ὑμῖν.

Λεωκράτην] Ita e libris MSS. Im. Bekkerus. V. Buttmann. gr. max. §. 56, n. 7. Velim tamen scire, a quibusnam Atticistarum, iisque severioribus, hunc accusativum in ην desinentem minus probari Buttmannus dicat. (Quanquam Elmsleius in Quart. rev. 14. p. 453 dubitationes haud spernendas contra grammaticorum praecepta movit. Cf. Brunck. ad Soph. Oed. C. 375.) Matth. gr. §. 91. Maittair. Gr. linguae dial. p. 25, α (34. Sturz.). Choerobosc. Bekkeri anecd. p. 1190. et qui praeterea apud Maittarium et Matth. citantur in not. Iam quod ad Lycurgum attinet, Λεωκράτην habes 2, 4. (ubi tamen Heinrichius, nescio qua ductus auctoritate, Λεωκράτη scripsit, nisi forte operarum lapsum in eo loco agnoscas.) 7, 2. 8, 8. 17, 7. 35, 1. 37, 1. 2. Λεωκράτη legitur 1, 2. 36, 1. (quo loco P Z, quos sequitur Pinzger., alteram dant formam). 37, 5 bis, postquam I. Bekkerus e MSS. vulg. Λεωκράτην mutavit, quanquam semel tantum lectionis varietatem annotans. Sed cf. Osanni not. Omnino, ut in re nondum ad liquidum explorata, codd. optimorum vestigia premenda.

προδιδόντα] Heinrich. προδόντα. At vide supra §. 2 et 3. nn.

τὴν οἰκουμένην] Displicet articulus.

ταῖς τιμωρίαις] Libri mendose τῆς τιμωρίας, quod I. Bekkerus retinuit. Stephani emendationem secundum alios ego quoque amplexus sum. V. Bastii comment. palaeograph. (ad calcem Gregor. Cor. ed. Schäfer.) p. 752.

ἀποστερεῖν] Reiskio ἑαυτούς post ἐπιχειρήσαντας inserendum videbatur; Heinrichius αὐτούς ante ἀποστερεῖν, Pinzgerus post idem verbum addidit. Vix equidem crediderim, ex oratoris mente illud esse adiectum. Nam spectant haec ad Lycidam, qui quum deditionem ad Persas suasit, reliquam Graeciam Atheniensium ope privatum ivit. Proinde τῆς παρὰ τ. δήμου σωτηρίας ἀποστερεῖν generatim dici potest, obiecto non addito. Cf. Xen. anab. VII, 7, 48: ἐγὼ γὰρ οὔτε διενοήθην πώποτε ἀποστερῆσαι ἀποδώσω τε. Ubi aeque obiectum ex praegressis facile subauditur.

αὐτὴν τοῦ δήμου] Vulg. αὐτοῦ τ. δ. per se non minus rectum. Sed quum optimi A B αὐτήν, L P αὐτόν habeant, vulgata scriptura tanto magis mihi suspecta, quanto saepius librarios iis, quae proxime aut praecedant aut instent, seductos in falsas vocum terminationes aberrasse video. Ad sententiae discrimen quid haec lectionis varietas faciat, noli scrutari, ne iusto subtilior videaris. Quamvis enim αὐτοῦ aptius ad oppositionem possit haberi, tamen propter arctam accusativi τὴν σωτηρίαν cum genitivo τοῦ δήμου coniunctionem haec tanquam una tantum notione comprehenduntur. Αὐτήν Osannus quoque recepit.

14. καὶ ταῦτα] Supple μόνα, quae ellipsis illustratur oppositis: οὐ μὴν ἀλλ' ἔτι κ. τ. λ. V. ad 5, 2.

κατεληλυθότες] κατέρχεσθαι, κατάγεσθαι de exsulibus, qui domum et in patriam redeant vel restituantur, verba propria. 36, 5. Porson. ad Eurip. Phoen. 1011. Krüger. ind. Xen. anab.

15. ἐπιθῆται] I. Bekkerus ac Pinzger., invitis libris, ἐπιτιθῆται, temere, ut mihi quidem videtur. Nam προδιδόναι et καταλύειν verbumque ἐπιτίθεσθαι eo inter se differunt, quod in ipso hoc insidiandi et aspirandi ad aliquid ac proinde incepti conatusque cuiusdam inest significatio; quam quum illa per se non contineant, recte praesenti ponuntur, quod tempus, conatum manifestius denotat. Cf. supra ad §. 2. 21, 3. Ceterum »idem populi decretum refert Andocid. de myster. p. 47. verbis paullo immutatis.» A. G. Becker. Cf. Demosth. adv. Lept. §. 138 et Wolf. ad illum locum p. 377.

τοὺς τὴν αἰτίαν ἔχοντας] *die Schuldigen.* Nam ἔχειν αἰτίαν est crimen habere (Tibull. I, 6, 41. Cf. Poppo in ind. Xen. anab.), accusari, reum esse. 13, 2: ἔχοντος δὲ αἰτίαν τοὺς υἱεῖς καὶ τὴν γυναῖκα ὑπεκθέσθαι. Ibidemque: τὸν τοὺς ἀχρήστους εἰς τὸν πόλεμον ὑπεκθέσθαι αἰτίαν ἔχοντα. — Pro vulg. ἐναντίαν primus Stephanus coniecit αἰτίαν, quod codd. A B confirmatum recentiores inde ab Osanno receperunt.

μᾶλλον] Hoc post κρεῖττον ἔδοξε pleonastice additum est. Cf. 20, 4. n.

μετὰ ἀληθείας] Heinrichius scripsit μετ' ἀληθείας, ut supra §. 13 I. Bekkerus ὅτ' ἐκεῖνοι pro ὅτε ἐκεῖνοι. Cf. 32, 2: μετ' αἰσχύνης, ibidemque μετ' ἀληθείας Verum in talibus optimi quique

scriptores sibi non constare videntur; neque sine magna codd. auctoritate ego quidquam mutaverim. V. supra ad 2, 2. Poppo de Thuc. p. I. vol. I. pag. 216 sqq.

ἀρχὴν] non est omnino, quam potestatem haec vox non habet, nisi sequente negatione. Itaque h. l. est statim ab initio. Hermann. ad Soph. Antig. 92. Krüger. ad Xen. an. VII, 7, 28. — Οὕτως, quod instat, ex A B post Osannum etiam I. Bekkerus addidit.

16. εἰς τὸ βουλευτήριον] Ne verte cum Pinzgero: *bei dem Rathhause.* Quanquam Andoc. l. l. p. 46 R. habet: ἔμπροσθέν ἐστι τοῦ βουλευτηρίου. Sed eo loco βουλευτήριον non curia, sed senatus vel senatorum consessus (vide lexica) esse videtur, cuius ob oculos in ipsa curia columna illa posita erat.

τοὺς τοιούτους] Articulum I. Bekkerus e MSS., ut prius iam Osannus, adiecit. Cf. supra ad §. 4.

μόνον] Ad sequens μέλλοντας pertinet. Cf. 36, 5. Quanquam postponi quoque non minus recte potest. Demosth. in Mid. 556 (36, c): μὴ συνηγόρους μόνον.

προδοσίας δὲ καὶ δήμου καταλύσεως] Haec et similia sine articulo proferri solent. 37, 2. Thuc. I, 107: τοῦ δήμου καταλύσεως, ubi vide Haack. Cf. ad 1, 2. 26, 1. et supra ad §. 7.

παρ' αὐτῶν ἀδικούντων] Non licet vobis posthac poenam ab iis, quum (iam) nefas commiserunt, expetere. V. de perfecti vi, quae inest in praesenti ἀδικεῖν, supra ad §. 6. Taylor. coniec. παρὰ τῶν ἀδ., idemque legitur in Z X, atque ab Heinrichio, Osanno et Pinzgero receptum est.

τῆς παρὰ τῶν ἀδικουμένων τιμωρίας] Ne cum Z et Pinzgero dele praepositionem. Cf. 19, 2. 37, 3 extr. 32,1: αἱ παρὰ τ. θεῶν ἐπικουρίαι. V. ad 32, 3. 35, 6. Xen. an. II, 6, 14: τὴν παρ' ἐκείνου τιμωρίαν. V, 5, 19: τὸν παρ' ὑμῶν ἁρμοστήν. Demosth. de cor. 249, 17: ὁ παρὰ Φιλίππου στρατηγός. — Quanquam aliis locis παρά etiam abest. V. mox 31. n.

Cap. XXXI.

ὑμῖν αὐτοῖς] pro ἀλλήλοις, sicuti ἑαυτῶν saepius usurpatur. V. ad 36, 4. Matth. gr. §. 489, III.

τῆς ἐκείνων τιμωρίας] Idem est ac si dixisset: τῆς παρ' ἐκείνων τιμωρίας.

ἐν τῷ ψηφίσματι τῷ Δημοφάντου] V. 30, 15. n.

ἥν] In Z et X οὕς exstat, quod Osannus et Pinzger. praetulerunt. At enim plurali male ὅμηρον convenire videtur, peius etiam sequens ταύτης.

ὑμῶν] Ita h. l. etiam sine codd. auctoritate restituendum videretur. Vulg. ἡμῶν; quod ante I. Bekkerum iam Heinrichius et Osannus secundum Z X emendarunt. Pinzger. tamen vulg. toleravit.

ταύτης δὲ] Taylor. δή coniec. »Sed fallitur vir doctus, immemor moris Attici, δέ iam praemissum iterandi.» Reisk. Idem in ind. Demosthen. v. δέ annotavit: «redundat item ob praemissum δέ, quum post aliquam interiectam intercapedinem oratio coepta, sed abrupta, restauratur: (De falsa legat.) 400, 11: ἐγὼ δ' οὐδὲ κ. τ. λ., ubi δέ, severitatem grammaticam si sectere, redundat ob δέ iam versu 9 praemissum.» — Aliud proferam exemplum. Plat. Gorg. 512, a: —— εἰ δέ τις ἄρα, ἐν τῷ τοῦ σώματος τιμιωτέρῳ, τῇ ψυχῇ πολλὰ νοσήματα ἔχει καὶ ἀνίατα, τούτῳ δὲ κ. τ. λ. Cui loco simillimus exstat Demosthen. in Mid. p. 547 (27, c). Cf. Matth. §. 622, 5. Permirum est, quod Osannus ad h. l. de particulae δέ in apodosi usu loquitur.

Cap. XXXII.

ἔσχε] Z X εἶχε, quod rec. Osannus.

ἀσφαλέστερον γὰρ ἂν ἕκαστος ὑμῶν τὴν δικαίαν καὶ τὴν εὔορκον ψῆφον θῆται] Particulam ἄν uno omnium codd. consensu I. Bekkerus post Osannum delevit, et pro θῆται posuit θήσεται, quod Schaubius iam coniecerat. Sed dum hic coniunctivi cum ἄν particula iuncti usus in controversia apud viros doctos versetur, equidem non is sum, qui mutare quidquam audeat. Cf. ad 16, 1. Heinrichius quoque, cui plus in retinendis quam emendandis librorum lectionibus tribuerim, vulgatam utroque loco intactam reliquit. Idem τήν ante εὔορκον, quo articulo repetito haud invitus scilicet carerem, inclusit.

Παυσανίαν] De re adi Thuc. I, 130—134. Diodor. XI, 44 sq. Nep. IV, 2—5. Iustin. II, 15.

προδιδόντα] Cf. 21, 3. 30, 2. 15. nn.

λα-

λαβόντες] *Λαμβάνειν* est deprehendere, convincere. Cf. 14, 1. 34, 2. Dinarch. in Demosth. §. 40 (p. 32 R.): *εἰλημμένοι δῶρα καθ' ὑμῶν εἰληφότες*, ubi Hier. Wolf. «*φωραθέντες, ὅτι δῶρα εἰλήφεσαν.*»

Χαλκιοίκου] i. e. Minerva, quae *Χαλκίοικος* appellatur. V. Thuc. et Diodor. l. c. Nep. IV, 5. Meurs. Miscell. Lac. I, 3. Perizon. ad Aelian. IX, 41.

ἀνοικοδομήσαντες] *Ἀνοικοδομεῖν* est «humo aggesta, saxis, tignis, opere caementitio portam ac fenestram quamque obstruere.» Reisk. Cf. Gottleb. ad Thuc. I, 134. Abresch. dilucidat. Thuc. p. 355. Aristophan. pac. v. 100. Polyaen. II, 38, 1.

οὐ πρότερον — πρὶν ἤ] Pleonastice. Cf. Virgil. Aen. IV, 24 sqq. — prius — ante — quam.

τῷ λιμῷ] Olim articulus mihi displicebat. Verum tamen habet, quo defendatur: fame, qua Pausaniam intus confici neminem eorum, qui obsidebant, fugiebat.

τὴν τιμωρίαν] Heinrichius uncis separavit, ut suspectum. Sed enim quod sequitur, *ὅτι κ. τ. λ.*, additum est per epexegesin. V. Pinzger.

2. *οὐδὲν πρότερον ἀδικοῦσιν*] Verbum in suspicionem venit I. Bekkero. V. ad 21, 3. At si plerumque, non idcirco semper ellipsi in talibus formulis loquendi utuntur.

τῶν πατρῴων νομίμων αὐτοὺς ἀποστεροῦντες] Cf. 15, 1. n. — «*αὐτούς* Heinrichius» (Schulzio praeeunte); «libri *ἑαυτούς.*» I. Bekker. *Αὐτούς* Pinzgerus quoque comprobavit.

λέγοντα ἀποθνήσκειν] sc. *αὐτούς*. De notione iubendi, quae simul inest in verbis dicendi, vide Krüger. ad Xen. an. I, 3, 8. 14. Cf. V, 7, 34.

εἰς αὐτὸ τοῦτο τὴν τιμωρίαν τάξαντες] in ipsa hac re poenam ponentes i. e. ipsam hanc rem poenam constituentes. Nam *τάττειν τ. τιμωρίαν εἴς τι* quamvis sit insolita loquendi ratio, tamen per se est recta, quum poenam constare (sive positam esse) in aliqua re, vel contineri ea, possis dicere. Heinrichius praepositionem et hic et deinceps positam uncis notavit. Vide not. sq.

εἰς ὃ μάλιστα φοβούμενοι τυγχάνουσι] sc. *οἱ μὴ θέλοντες ὑπὲρ τῆς πατρίδος κινδυνεύειν*. Praepositionem ex constructione enuntiati demonstrativi tanquam per attractionem in relativum puto

transiisse. Id tamen ita est factum, ut ipsius enuntiationis relativae structura praepositionem quodam modo admittat; nam εἰς h. l. est quod attinet ad. Matth. §. 578, c. Quare de attractione, quam proprie vocant, hic non agitur. — «inutilis visa est praepositio: tu confer Aeschin. 1, 154 ἐκ τούτων, ἐξ ὧν — et 2, 71 ἐφ' οἷς — ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς ἐφ' οἷςπερ.» I. Bekker.

μετ' αἰσχύνης] i. e. ita, ut periculum simul, cum ignominia coniunctum esset; qua quidem pericula contra hostes obeunda carent. — Etiam has voces, quae vulgo quidem desunt, sed in MSS. omnibus exstant, Heinrichius immerito suspicionis nota insignivit.

3. Ἐνθυμεῖσθε δή] Δή pro δέ suppeditarunt A B, rec. Osann. et I. Bekkerus. Crebro hae particulae inter se commutantur in codd. Vide ind. in scholia et VV. LL. Lucian. (vol. X. ed. Bip.) v. δέ.

ὁ γὰρ παρὰ τῶν πολιτῶν φόβος] Xen. an. I, 2, 18: τὸν ἐκ τῶν Ἑλλήνων εἰς τοὺς βαρβάρους φόβον. VII, 2, 37: ἐὰν δέ — τις φόβος ἀπὸ Λακεδαιμονίων ᾖ. V. Krüger. ad hh. ll. Cf. ad 30, 16.

φιλοψυχήσει] Bekker. anecd. 71 extr.

ὑποκειμένην αὐτῷ τιμωρίαν] Αὐτῷ i. e. τῷ φιλοψυχεῖν. Cic. Philipp. IX, 2: in qua (legatione) periculi suspicio non subesset. Sic Latini: spes subest. Cic. Attic. III, 25. Liv. I, 41. dolus subest. Iustin. I, 9. Paullo infra: δυοῖν κινδύνοιν ὑποκειμένοιν. Plutarch. Thes. (T. I. R.) p. 33: πρότερον μὲν οὖν οὐδεμία σωτηρίας ἐλπὶς ὑπέκειτο. Pro αὐτῷ e Reiskiana editione in Bekkerianam irrepsisse videtur αὑτῷ, quod Pinzger. quoque iteravit. At idem Reiskius in nota legit αὐτῷ, in quo et Hauptmannus et Heinrichius et Osannus concinunt. Proinde hoc revocandum duxi, in illo operarum lapsum agnoscens. Z τήν ante τιμωρίαν addit.

οὐδεμίαν γὰρ ἄλλην δεῖ κ. τ. λ.] Minore enim constituta poena, hanc subibunt, dum maioribus periculis liberentur. Γάρ redde *nämlich*. Δεῖ ab Osanno et I. Bekkero ex A additum; quo aegre careas. Possis quidem ex antecedd. subaudire οἶδε. At tum γάρ, quod mox sequitur (εἰδότες γάρ) non habet, quo apte referatur. Atque ita initio binarum atque ternarum adeo enuntiationum haec particula solet poni, ut subsequens praegressam quamque sententiam rationibus confirmet. V. exempla ad 12, 5 allata.

Cap. XXXIII.

1. τοσούτῳ] L Z τοσοῦτο, P τοσοῦτον, non minus recte. Cf. 30, 6.

συνατυχοῦντες] Pro futuro Attico habeo. Buttmann. gr. max §. 95, not. 16. Krüger. ad Xen. anab. I, 3, 16. Licet enim praesentis participium ita passim usurpari soleat (vide ad 24, 1.), hoc tamen loco post futurum vixdum praegressum offensionis aliquid habere videretur.

τολμήσας] V. ad 11, 9.

τῶν πάντων] V. 12, 5. n.

τὰ τῆς φύσεως οἰκεῖα καὶ ἀναγκαῖα] De hoc usu adiectivorum generis neutrius v. Buttm. gr. §. 115, n. 3. — Ἀναγκαῖος est necessarius, cognatus. Xen. an. II, 4, 1. Genitivus denique, τῆς φύσεως, insolentius paullo, ut apud prosae scriptorem, positus atque ex loquendi genere contracto explicandus videtur. Matth. gr. Gr. §. 314, n. 2. Ni fallor misere, haec ratio ex iis erit illustranda, quae ab Erfurdtio ad Soph. Oed. R. 833 (826), Antig. 114, ab Hermanno ad Electr. 19. Viger. p. 879. 880. et a Seidlero ad Eurip. Electr. 651 sunt disputata. Certe τὴν συγγένειαν sive οἰκειότητα τῆς φύσεως haud dubitares per adiectivum τὴν φυσικὴν οἰκειότητα, quod idem esset ac τὴν φύσει (κατὰ φύσιν) οἰκειότητα, explicare. Unde nostro loco lux affertur, tantum quod non dices τὰ φυσικὰ οἰκεῖα, sed τὰ φύσει (κατὰ φύσιν) οἰκεῖα καὶ ἀναγκαῖα. Cf. Demosth. in Mid. 544 (25, g): ἡ κυρία τοῦ νόμου. Ibid. p. 563 (41, d): τὸ τῆς φύσεως βάρβαρον. p. 570 (46, f): τὴν τῆς φύσεως κακίαν.

προδέδωκεν] Exspectaveris: ἀλλὰ μόνος τῶν πάντων — προδεδωκὼς (προδούς). Sed haud raro sic e constructione participii in directam transitur. Vide 6, 2. n. Cf. 32, 2: εἰς αὐτὸ τοῦτο τὴν τιμωρίαν τάξαντες, εἰς ὃ μάλιστα φοβούμενοι τυγχάνουσι, καὶ τὴν ἐκ τοῦ πολέμου σωτηρίαν ὑπεύθυνον κινδύνῳ ἐποίησαν μετ᾽ αἰσχύνης.

2. τὰ πετεινὰ] MSS. sine articulo.

πρὸς τάχος] A πρὸς τὸ τάχος.

ἃ ἔστιν ἰδεῖν] Relativum ne loco suo moveatur. Inest enim vis adversativa, sed, tamen. V. Pinzger. ad h. l. Cf. ad 5, 3.

«Versus duos sequentes Sophoclis esse Valckenarius ad Herodot. VIII, 109 fidenter pronuntiat, cui coniecturae nil praesidii afferre scivit nisi sensum internum.» Osann.

ἠξίωσεν] Ἀξιοῦν est dignari, velle; quod non nisi Pinzgeri causa moneo. De aoristo vide 24, Eur. v. 29. n.

Cap. XXXIV.

1. ὑπερβέβληκε δειλίᾳ] Ὑπερβάλλειν τινί, sine obiecto positum est: modum in aliqua re excedere. Cf. Demosthen. adv. Phaenipp. p. 1043: μίσαιτ' ἂν αὐτὸν ὡς ὑπερβάλλοντα συκοφαντίᾳ.

παρ' αὐτῇ] Παρά, non ἐν, dixit, quia πόλις idem est, quod πολῖται.

Observa iam, quam orator domicilii mutationem, sponte a Leocrate in exsilio factam (8, 1.), pervertat atque depravet.

φόνου] Buttm. gr. §. 119, 6, 1. Matth. §. 368.

φεύγοντες] Tropus, qui pervulgato huius vocis usui forensi subest, continuatur in verbis διώκειν, αἱρεῖν, λαμβάνειν (32, 1), ἁλίσκεσθαι, ἀποφεύγειν. V. lexica et ind.

ταχύ γε ἂν] «Nota est formula ironiae ταχύ γε vel τάχα γάρ, quae plane respondet latino scilicet, cuiusque exemplis apud Devarium et Reusmannum p. 340. ex Aeschine c. Tim. p. 175 et Aristoph. Nub. 647, ubi v. Schol, prostantibus iam addatur nostri hic locus et alter ex or. c. Aristog. I, p. 798, 20.» Buttmann. ad Demosthen. in Mid. 57, not. 2. Etenim ταχύ vel ταχέως (17, 4. n.) ita posita non differunt a τάχα, quod est fere ἴσως. Unde coniunguntur etiam τάχα ἴσως, τάχα που. Schäfer. ad Greg. Cor. 44. Accedere et ἂν particula solet, quam Schäferus l. c., quoties deinceps τάχα et ἂν posita legantur, seiunctam alio referri vetat. Cui quidem illud videtur adversari, quod eadem quum multis locis tum hic, interiecta γέ particula, a τάχα vel ταχύ separatur, simul verbi modus is sequitur, ad quem ex vulgari loquendi usu ἂν additum esse soleat. Cf. Hermann. ad Soph. Oed. R. 522. Oed. Col. 969. 1078. — Denique γέ, dum singulam orationis partem extollit atque illustrat, per se toti sententiae saepe ironiam impertit. Plat. Gorg. 470, c: χαλεπόν γέ σε ἐλέγξαι. Hinc saepius etiam iunctim dicitur ταχύ γε. Cf. ind. v. ἄρα.

μεθέξουσιν — ἀξιώσουσιν] V. ad 2, 3.

οὐδὲ βοηθείας] Repete μετέχειν. — Οὐδέ h. l. est non item,

nicht auch, quum aliis locis significare soleat: neque, ne-quidem *auch nicht*, *nicht einmal*.

2. ὅταν μὴ ληφθῶσι] sc. ἀδικοῦντες, nondum in ipso crimine deprehensi. V. supra ad §. 1. 32, 1. Nimirum languere hoc additamentum videtur, quum ad illustrandum illud μέλλοντες oppositi vis, διαπεπραγμένος, sufficiat. At cf. 1, 2: μὴ παρέχοντας συγγνώμην, ibique not.

ἐγκαταλιπὼν] A X. Im. Bekker. Osann. Vulg. καταλιπών. Cf. 13, 1. n. 36; 4. n.

κρίνεται] Permirum est, Osanno in hoc verbo nude posito interpolationis notam inesse videri; nisi vero non eadem exstat constructio 1, 2. Cf. Demosthen. de cor. 230: κατηγορεῖ μὲν ἐμοῦ, κρίνει δὲ τουτονί. Ex quibus discas, simul, κατηγορεῖν latiori sensu esse accusare, κρίνειν vero proprie de solenni et legitima apud iudicem actione usurpari. Cf. ad 6, 5.

Cap. XXXV.

1. συνηγορεῖν] V. ad 15, 1.

ἀξιώσουσιν ἀποφυγεῖν] Ἀξιοῦν, dignari (v. ad 33, 2), velle, postulare, saepenumero non inepte explicabis νομίζειν (οἴεσθαι, ἡγεῖσθαι) δεῖν. Cf. infra §. 3. Ad ἀποφυγεῖν, non ad ἀξιώσουσι, pertinet illud διὰ τί.

διὰ τὴν πρὸς αὐτοὺς φιλίαν] sc. τῶν δικαστῶν. Haec male intellecta, temere a quibusdam sollicitata sunt.

δοκοῦσι — χάριτος τυχεῖν] sc. οἱ συνήγοροι παρὰ τῶν δικαστῶν. Cf. infra §. 6. Χάρις h. l. est gratia, favor, *Gunst*.

ἀλλ' ἀποθανεῖν] Cf. 16, 1.

2. περὶ τῶν ἐνθάδε γιγνομένων] Praepositio in Z X deest, omissa ab Osanno. Sed crebro invenitur, ubi abesse possit. Sic infra §. 3 περὶ προδοσίας. Cf. 36, 1. Vide ad 28, 3 et infra ad §. 6.

οὐ τὴν χαλκῆν εἰκόνα] « Οὐ pertinet ad Leocratis patrem, cui in templo Iovis Sospitatoris statua aenea posita erat. V. §. 3. — Isocr. Euagor. c. X testatur, Euagorae et Cononi eundem concessisse Athenienses honorem, καὶ τὰς εἰκόνας αὐτῶν ἐστήσαμεν, οὗπερ τὸ τοῦ Διὸς ἄγαλμα τοῦ Σωτῆρος κ. τ. λ. Cf. Wolf. ad Lept.

p. 339.» A. G. Becker. Vide prae ceteris Boeckh. oecon. reip. Ath. p. 265 sq. Cf. 30, 7. n.

ἔκδοτον κατέλιπε] V. ad 20, 3.

τοῦ Διὸς τοῦ Σωτῆρος] V. ad 6, 2.

ἱεροσυλῆσαι καὶ αἰκίσασθαι] V. ad 20, 5. 22, 1. 24, Eur. v. 4.

καὶ ἣν ἐκεῖνος] Καὶ iungit liberam enuntiationem relativae. Cf. 36, 2. n. Krüger. ad Xen. an. I, 1, 2. Virgil. Aen. XII, 943 sq.: victum quem vulnere Turnus straverat, atque humeris inimicum insigne gerebat.

ἔστησε] Hoc non satis accurate dicit. Neque enim ipse posuit, sed meruit ut sibi poneretur. At facilis a causa ad effectum transitus.

μετριότητος] «moderationis, virtutis.» Hauptmann.

αὐτὸς] Reiskius οὗτος mavult, cui assentio.

3. τὴν τοῦ πατρὸς] Priorem articulum A B L P Z exhibent, unde ab Osanno et I. Bekkero est receptus. Non incommode sic maiore cum gravitate infertur genitivus instans. V. 8, 8. 11, 2. 20, 2. nn.

ἀνακειμένην] Buttm. gr. §. 97, II, 4. V. ad 12, 6.

ἄξιον] «immo ἄξιον ὄν.» I. Bekker. Quod subaudire sufficiet. Cf. infra §. 6. n.

κρίνων] Exspectes κρίνοντά με, postquam interpositum δεῖν est. Singulare hoc attractionis genus, at post οἴομαι, ἡγοῦμαι, δεῖν et similia haud rarum. Demosth. in Mid. 520 (7, c): αὐτὸς συγκροτεῖν καὶ διδάσκειν ᾤετο δεῖν τὸν χορον. Cf. ibid. p. 561 (39, d): — βδελυρὸς καὶ ὑβριστὴς ᾤετο δεῖν εἶναι. Ibid. p. 562 (40, c): ὁτιοῦν ἄκοντες παθεῖν κάλλιον εἶναι νομίζοντες. Xen. Hier. II, 8: αὐτοί τε ὡπλισμένοι οἴονται ἀνάγκην εἶναι διάγειν. Krüger. ad Xen. an. I, 1, 8. Cf. infra ad 36, 2.

ὄνομα Διὸς Σωτῆρος] Aut ante aut post ὄνομα articulum τὸ inseres. In posterioribus tamen duabus vocibus articulum, etsi saepe additum (cf. supra §. 2 et 3. 6, 2), parum desidero. Nam in huiusmodi formulis plerumque aut duplex usurpatur articulus aut neuter. V. Krüger. de authentia anabaseos p. 61. not.

4. εἰ λελήθασιν] Buttmann. gr. §. 136. Matth. §. 617, f. (p. 1251).

οὐ γὰρ δὴ] Pro γὰρ coniicias forsitan δέ, quas particulas saepissime in libris scriptis constat esse confusas. Nihil tamen mu-

tandum. Supple ante haec ὀργῆς δὲ τοῦτο ἄξιον vel simile quid. Vide ad 12, 4.

οὐ γὰρ δὴ καθ' ὑμῶν γεγενῆσθαι δεῖ] Pro δεῖ A B L P Z δεινόν, quod dedit I. Bekkerus, δή, quod praecedit, in δεῖ mutato Contra Pinzgerus οὐ γὰρ δὴ καθ' ὑμῶν γεγενῆσθαι δεῖ δεινὸν legens, locum restituisse sibi est visus. At mihi quidem mirum quantum displicet illud δεινόν, vulgarisque lectio praestantior videtur, quanquam etiamnum languente sententia. Sed talia qui ubique corrigere velit, vereor ne nimis ardua aggrediatur. Certe nude potest poni εἶναι κατά τινος et εἶναι ὑπέρ τινος. Demosthen. de cor. p. 305: ὃ δὲ πάντων καὶ φοβερώτατον καὶ μάλισθ' ὑπὲρ τῶν ἐχθρῶν ες. ἐστι. Cf. infra §. 6: ταῦτα γάρ ἐστι κοινῶς ὑπὲρ ἡμῶν ἁπάντων. Tum perfectum γεγενῆσθαι h. l., ut γεγονέναι, praesentis εἶναι prope habet significationem, qualem Buttmann. gr. §. 101 et gr. max. §. 114. v. γένω descripsit. Digna tamen quae commemoretur coniectura est, quam dedit censor editionis Pinzgerianae (Ephem. liter. Ien. 1827. Nr. 78. p. 139): οὐ γὰρ μὴ καθ' ὑμῶν γεγενῆσθαι δεῖ μόνον, ἀλλ' ὑπὲρ κ. τ. λ.

5. οὐκέτι] Ita pro οὐκ ἐπὶ cum I. Bekkero ex Reiskii coniectura edidi, quam sequens etiam ἀλλ' ἤδη commendare videtur. Eiusdem emendationi debetur παρακρούσασθαι, quod praeter I. Bekkerum et Heinrichius et Osannus receperunt. Vulg. προςκρούσασθαι a Pinzgero non prospere defensum. Idem vir doctus ἐπὶ τοῖς λόγοις explicat: ita ut verbis utantur, et cum ζητοῦσι coniungi iubet. Exempla exhibere debuit. Nam quae Matthiaeus gr. §. 586 attulit, ea mihi certe non satis apte cum huius loci ratione comparari videntur.

ζητοῦσιν] Cf. Demosth. in Mid. p. 552 (32, c). 555 (35, d). Xen. memor. IV, 2, 4. 5, 11. «Similiter Latini, maxime post Augusti aetatem, quaerere c. inf. iungunt. Cic. de Fin. III, 3: Egone, quaeris scire, quid sentiam. V. Gronov. ad Senec. Epist. 103.» Herbst ad Xen. mem. IV, 2, 4. — Reisk. ζητήσουσιν coni.

λειτουργίαις] De his vide Boeckh. oecon. reip. Ath. I. pag. 480 sqq. Wolf. proleg. ad Lept. p. 85—125.

ἀξιώσουσιν] Heinrich. ἀξιοῦσιν.

καὶ μάλιστα] vel maxime. Nam καί habet vim intendendi

ante adverbia quantitatis. Krüger. commentt. de Thuc. Hist. parte postrema p. 274.

αὐτὸς μόνος] V. ad 6, 3.

στεφανοῦται] Postquam victoriam reportavit in certaminibus aut γυμνικοῖς (ἱπποδρόμῳ) aut μουσικοῖς.

Ἀλλ' εἴ τις τετριηράρχηκε] Hinc usque ad verba μόνον τῶν δεδαπανηκότων ex mente adversariorum sibi ipse obloquitur. Cf. 36, 4. Post ἐκ τῶν ἰδίων συνευπόρησε subaudi: ἄξιός ἐστι τοιαύτης χάριτος.

6. τὴν κατὰ τῶν προδοτῶν τιμωρίαν] «Praepositionem a Tayloro proscriptam Schaubius collatis Dinarcho in Demosthen. p. 71 τιμωρίας — τῆς κατὰ τῶν ἐνόχων ὄντων, et Demosth. de cor. p. 317, 16. τιμωρία κατ' αὐτοῦ et in Midiam p. 523, 10. bene vindicavit.» Osann. Ita saepe praepositiones ponuntur, ubi sufficeret genitivus. Cf. ad 30, 7 et 16. 37, 5. supra ad §. 2. Vid. ind. v. ἀπό.

ἀνόητον] sc. ὄντα sive εἶναι. V. supra ad §. 3.

αὐτοῦ πρῶτον] Vulg. αὑτοῦ. Taylorus iam αὐτοῦ legi iussit, ut in Z est, atque Heinrichius, I. Bekkerus et Pinzgerus scribunt. Idem cod. πρώτου habet, quod fortasse e προτοῦ ortum est, in quo interpretamentum vulgaris lectionis agnoscas. V. ad 11, 7.

εἰ μὴ νὴ Δία] nisi vero.

Cap. XXXVI.

1. παρακαθισαμένους ἑαυτοῖς] V. ad 17, 3.

ἀλλ' οὖν γε] Ἀλλά, tamen, at, initio apodosis positum paullo infra recurrit: ἀλλ' ἀναγκαῖον. Cf. Plat. Gorg. 470, d. — Οὖν est utcunque se res habet, certe (Krüger. ad Xen. an. I, 2, 12); cui γέ particula subiungitur, quum usitatius sit γοῦν. Sic Latini quidem certe, certe quidem. Cf. Plat. Phaedon. 91, b: εἰ δὲ μηδέν ἐστι τελευτήσαντι, ἀλλ' οὖν τοῦτόν γε τὸν χρόνον ἧττον ἀηδὴς ἔσομαι. Matth. gramm. §. 613.

οὕτως] Iunge cum τοῦτο πράττειν, i. e. δικάζειν.

Λεωκράτη] V. ad 30, 13.

τοῖς ὑμετέροις αὐτῶν] Αὐτῶν, cuius loco Z vitiose αὐτόν, Pinzger, expunxit. Quodsi pronomini possessivo additum eandem ubique vim haberet, quam ipsius et ipsorum, otiosum atque alie-

num adeo ab hoc loco esset. Sed tamen noli vulg. vexare. Nam αὐτῶν pronomini possessivo h. l. vim reflexivam impertire videtur, ut ὑμῶν αὐτῶν dicitur.

2. ὁ φυγὼν] — *wenn Leocrates glaubt, dass er gleiches Recht haben müsse, er, der Entflohene, im Staate derer, die ausgeharrt haben.* Etiam hic locus eandem prope quam 35, 3 sequitur rationem. Aptius enim participium coniunges cum infinitivo ἔχειν, ad quem ea, in quibus oppositio inest: ἐν τῇ τῶν μεινάντων πόλει, referuntur. Quanquam videre hic licet, et quam possit facile fieri, ut participium cum primario construatur verbo, et quantum interdum in verborum ordine sit momentum. Observa simul, quam appositio participii, praefixo articulo perspicua, vim exerceat ad indignationem exprimendam, quae per oppositas inter se notiones iam commovetur. Cf. Xen. Hellenic. VII, 5, 12: ἐνταῦθα δὴ οἱ πῦρ πνέοντες, οἱ νενικηκότες τοὺς Λακεδαιμονίους, οἱ τῷ παντὶ πλέονες καὶ πρὸς τούτοις ὑπερδέξια χωρία ἔχοντες οὐκ ἐδέξαντο τοὺς περὶ Ἀρχίδαμον, ἀλλ' ἐγκλίνουσι. Matth. gr. §. 276. Supra ad 1, 2.

μεινάντων] In hoc recipiendo I. Bekkerus et alii Taylori, ut in ὁσίων Reiskii, coniecturam secuti sunt. Libri pro illo σωσάντων, pro hoc οὐσιῶν, nisi quod in A et X ipsum illud ὁσίων exstare Osannus tradit, I. Bekkero tacente.

ἀλλ' ἥκει] Hanc Aldinae et codd. A B L P Z lectionem (X ἥκοι) iure ab Osanno restitutam Pinzgerus servavit. Structuram hinc mutari, ipsum ἀλλά indicat, cuius loco καί esse debebat, si ἥκῃ, quod e Stephani editione in vulgarem atque adeo Bekkerianam recensionem transiit, retinendum esset.

ἱερῶν, ὁσίων, ἀγορᾶς, νόμων, πολιτείας] Quam in polysyndeto omisso articulo vim inesse 1, 2. 8, 9. nn. vidimus, candem hic asyndeton efficit. De νόμων μετέχειν vide ad 16, 3. 22, 1.

τοῦ μὴ καταλυθῆναι] sc. ἕνεκα. Duker. ad Thuc. VIII, 14. Buttm. gr. §. 127, n. 1. Matth. §. 540, n. 1. Plat. Gorg. 457, e: φοβοῦμαι οὖν διελέγχειν σε, μή με ὑπολάβῃς οὐ πρὸς τὸ πρᾶγμα φιλονεικοῦντα λέγειν, τοῦ καταφανὲς γενέσθαι, ἀλλὰ πρὸς σέ. Qui quidem locus sufficiet ad refutandum Voigtländerum (de locis nonnullis Lycurgi disp. p. 4), ex infinitivo, qui sit substantivi instar, genitivum praegressum ὧν pendere opinantem, praepositione ὑπέρ coniuncta cum τοῦ μὴ καταλυθῆναι.

καὶ δημοσίᾳ] V. ad 35, 2.

ἔθαψαν] Vulg. ἔθαψεν. A B L Z X et Aldin. ἔθαψαν, quod Osannus et Pinzger. rec. Recte. Quamvis enim, quia πόλις propius esset, durior mihi olim codd. lectio sit visa, scrupulum tamen eximit locus Demosthenis in Mid. p. 568 sq. (45, c): παντὸς δὲ τοῦ στόλου πλεόντων, ubi vide Buttmann. Cf. Dorvill. ad Charit. p. 353 (415 ed. Lips.), supra 11, 8. 20, 5. nn. De re vide Wolf. ad Lept. 362.

ἐλεγεῖα] V. ad 28, 2.

τοῖς μνημείοις] ἐν, quod vulgo praemissum, Im. Bekker. codd. A B auctoritate sustulit.

οὕτως ἀναιδῶς] Οὕτως dicit δεικτικῶς cum gestu quodam imitante et significante. Cf. Buttm. ad Dem. Mid. 52, d.

3. οὓς ἐγκαταλιπὼν ᾤχετο] Cum Osanno et Pinzgero interrogationis retinui signum, negatione tamen, quam Heinrichius secundum Taylori coniecturam praefixit, iisdem illis post Schulzium monentibus, ego quoque haud opus esse censeo. I. Bekkerus punctum posuit.

καὶ ἐάσετε αὐτὸν οἰκεῖν ἐν τοῖς τείχεσι τῆς πατρίδος ποιησάμενοι τῶν πολιτῶν, οἷς οὐ συνδιεφύλαξεν;] Hunc locum quam maxime a viris doctis vexatum, si quem alium, cum Pinzgero sanum esse puto. Ποιεῖσθαι Ἀθηναῖον s. πολίτην dicebatur populus, qui suffragio suo civitatem alicui concedebat. Qua qui populi iussu essent donati, ποιητοί sive δημοποίητοι appellabantur. Demosth. in Neaer. 1375, 11. Schoemann. de comit. Athen. p. 73. Quae huius dictionis significatio quoniam usu recepta fuit, facere non possum quin interpretationem Pinzgeri ποιεῖσθαι τῶν πολιτῶν, in civium numero habere, repudiem. Recte quidem hic docet contra A. G. Beckerum, populi scito non opus fuisse, quo Leocrati civitas redderetur, quippe quae neque adempta nec peregrinatione exsilioque esset perdita. Sed consulto Lycurgus minus accurate loqui videtur, ut profugum et patriae proditorem in peregrinorum et hostium numero habendum esse significet. Sin absolutus esset, tum demum erat futurum, ut, criminibus purgatis, verus civis aestimaretur. Itaque ποιησάμενοι dixit, ubi exspectes ἐάσαντες εἶναι. In talibus ne mirare parum religiosum reperiri oratorem. Cf. nott. ad 8, 8. 15, 3. 4. 17, 3. 5. 6. 34, 1. 36, 5. De genitivo ex omisso τινά expli-

cando vide ad 6, 1. Iam ut reliquos praetermittamus, I. Bekkerus quum Reiskio praeeunte tum de suo edidit: — *τῆς πατρίδος· ποίοις; ἃ μόνος τῶν πολιτῶν οὐ συνδιεφύλαξε.*

προὔδωκεν — ἐτόλμησεν] *ν* paragogicum in fine interrogationum I. Bekkerus addidit. Cf. ad 9, 2. 28, Tyrt. v. 29. Proinde ego *συνδιεφύλαξεν* quoque scribendum duxi, ubi I. Bekkerus, interrogandi signo sublato, vulg. *συνδιεφύλαξε* servavit.

οἷς τῶν αὐτῶν ἐράνων] Cum omnibus, praeter Osannum, editoribus Scaligeri inventum *τὸν αὐτὸν ἔρανον*, quod iam Melanchthon habet, I. Bekkerus repetiit, adversantibus libris. Vide Matth. gr. §. 323. Sensus est: non modo eadem ad salutem, quae cives contulit, sed ne partem quidem eorum ullam. De propria vocis *ἔρανος* significatione vide ad 8, 2. Varias ex *ἐράνῳ* ducere sententias figuratas et comparationes Demosthenes quoque consuevit. Vide Reiskii ind. Demosth. et Buttmanni ind. Dem. Mid.

τὴν γὰρ ἀσφάλειαν] Sic Osannus et I. Bekkerus ex A. Reliqui MSS. *τὴν ἀσφάλειαν.* Vulg. *ἐπεὶ καὶ τὴν ἀσφάλειαν.* Mox *ἑαυτοῦ* pro *αὑτοῦ* iidem editores probarunt secundum codd. A Z X.

4. *καί τις ἀναμνησθεὶς — σώσειε*] Et quisquam reminiscens — conservet etc. Cf. Virgil. Aen. I, 48: Et quisquam numen Iunonis adoret praeterea etc. Cic. Manil. 14 extr. Et quisquam dubitabit etc. Cf. 15 s. fin. Omnes edd. habent: *καὶ τίς κ. τ. λ.* Ita sententia plane haec exsistit: et nemo — servabit eum (cf. ad 37, 3). Tum vero pro *καί* necessaria foret particula adversativa; simul *ἄρα* initio §. sequentis vi sua careret. Verum enimvero ratio huius loci ea est, ut primo orator ex adversariorum vel eorum mente, quibus nondum ab omni parte sit persuasum, sibi obiiciat: *Ἀλλ' ἡ τῶν νεωτέρων*; quae post verba interrogationis signum mecum tolle. Cf. 35, 5. n. Iam orator non directe illos refutat; immo ipsam eorum sententiam veluti ulterius exponens eademque via pergens, quaestione hac urget. Qui quum secundum ea, quae ex mente ipsorum modo dicta sunt (*ἀλλ' ἡ τῶν νεωτέρων*), non possint non concedere et affirmare, ipsa vero hac concessione in eo sint, ut absurda atque inepta contendant: orator cum ironiae significatione interrogat, quam ironiam *ἄρα*, ut solet (vide ad 13, 3), concludit. — Pro *ἀναμνησθείς* Schaubius *ἂν ἀναμνησθείς*, I. Bekker. *ἂν μνησθείς* coni. Neutrum necessarium est.

Quod enim de poëtis Hermannus docuit ad Viger. 818, valet idem de soluta oratione. Vide Pinzger. ad h. l. Schmidt. ad Dinarch. in Dem. §. 8 et 66. Heindorf. ad Plat. Theaet. §. 60. ad Gorg. 37. Cf. supra ad 8, 4. 12, 5.

ἑαυτοῖς] Perdurum videtur, pluralem ad τις referre. Nam singularis verbi quoque subest. Quare cum Pinzgero ἑαυτοῖς pro ἀλλήλοις dictum esse statuo.

παρανοίας καταγνοίη] Παράνοιαν I. Bekkerus, suasore Reiskio, dedit cum Heinrichio. Vulgatam tamen παρανοίας Pinzgerus merito defendit. Nam καταγιγνώσκειν, cum uno personae genitivo coniunctum, est secius de aliquo existimare, reprehendere aliquem, damnare; atque genitivus rei ubi accedit, causam indicat. Matth. gr. §. 369. Buttm. §. 119, 6, 1). Quae constructio etsi rarior paullo est, tamen exempla in promptu. Demosthen. prooem. demegoric. p. 1444, 16: παρανοίας θ᾽ ὑμεῖς καταγιγνώσκετε ὑμῶν αὐτῶν. Id. in Aristogit. p. 790, 19: ἀλλ᾽ ὅτι παρανόμων αὐτοῦ κατέγνωτε; Quanquam haec constructio sensu mihi quidem nihil aut parum certe ab altera illa: καταγιγνώσκειν τί τινος (cf. statim §. 5; supra 8, 2. 22, 1) videtur differre. Sic etiam κατηγορεῖν cum duplici nonnunquam genitivo reperitur. Demosthen. in Mid. 515 penult. (3, a).

δὲ καταλιπόντα] «Immo δ᾽ ἐγκαταλιπόντα.» I. Bekker. Cf. 13, 1. 34, 2. nn.

ἀφήσει] Facile hic ad futurum potuit transire. Comparentur inter se Virgil. et Cicer. loc. citt.

5. φυγὴν αὐτὸς ἑαυτοῦ καταγνοὺς] Vulg. φυγὼν αὐτ. κ. τ. λ. Verum iam Reiskius viderat, cuius coniecturam optimi A B Im. Bekkero confirmarunt.

ἐπὶ προστάτου] V. ad 8, 1.

πλείω πέντ᾽ ἢ ἓξ ἔτη] Post ἔλαττον, πλέον, πλείω sequente numerali, ἢ omitti solet, sicuti quam post amplius, plus, minus apud Latinos. Matth. §. 455, n. 4. Ceterum orator consulto numerum augere videtur, in quo sibi nusquam constat. Cf. 8, 1. 14, 2. 4.

μηλόβοτον] «vastatam. Hesychius τόπος ἀνειμένος προβάτων εἰς βρῶσιν. V. Wesseling. ad Diodor. XV, vol. VI. p. 651. Bip.» A. G. Becker. Plura qui requiret, adeat Osannum ad h. l.

γένηται] I. Bekkerus secundum Melanchthon. scripsit γενήσεται, quod etiam Osannus probavit. Sed vulg. lectio, quam communis omnium codd. consensus tuetur, proba et incorrupta. Idem Pinzgerus sensit, qui quum in constructione non nihil recte videret, falsa tamen iis, quae animadvertit, immiscuit. Nempe in eo plerique errant, quod ἀλλὰ καί oppositum esse sumunt praemisso οὐ μόνον. Qui vero iuste loci huius rationem perpenderit, facile ille intelliget, quia οὐ μόνον ad nihil nisi νῦν pertineat, in iis, quae post ἀλλὰ καί sequuntur, oppositi prorsus nihil inesse. At enim suppressa est oppositio et facile subauditur: ἀλλὰ καὶ ὕστερον. Tum quod vere subiicitur, ἀλλὰ καί, est quin etiam, atque adeo. Hoogeven. doctrin. partic. cap. 1, sect. 8, 2. Sic alias ἀλλὰ δὴ καί est in usu. Viger. p. 474. Bud. Comment. L. G. p. 473. Explicandum id genus ex ellipsi; siquidem praemitti debebat οὐ μόνον hoc modo: ὅταν οὐ μόνον ὁ ἐγκαταλιπὼν — ἀνιστρέφηται, ἀλλὰ καὶ κ. τ. λ. Cf. Suet. vit. Caes. c. 9: Idem Curio, sed et M. Actorius Naso auctores sunt. — Heinrich. quoque vulgat. servavit.

Cap. XXXVII.

1. καταβῆναι] sc. τοῦ βήματος. Binos enim quodque δικαστήριον habebat suggestus (βήματα), alterum accusatoris, alterum rei. V. *d. Att. Process* pag. 148. 149. Inde ἀναβαίνειν oratores et in iudiciis dicuntur et in comitiis. De suggestu, qualis in Pnyce fuerit, adi sis Schoemann. de comit. Ath. p. 55.

τὸ αὐτὸ ψήφισμα] « Fallor aut latet in pronomine nomen eius, qui hoc psephisma tulit. » Im. Bekker. Ne dubita mecum restituere: αὐτὸ τὸ ψήφισμα.

ἐγὼ τοίνυν] Quod vulgo post τοίνυν legitur, ὑμῖν, Im. Bekkerus secundum pr. A. recte delevit. Idem Pinzgerus fecit. Antea Heinrichius quoque pronomen, ut spurium, notarat. — Reiskii coniecturam, μέν ante τοίνυν, I. Bekkerus admisit, oblitus ille, μέν saepe reticeri, sequente δέ. Vide Hoogeven. et Zeun. ad Viger. 536. Cf. Strabon. XII, 2, 5 (p. 536 Cas.): τρίτη δ' ἐστὶν ἱερωσύνη Διὸς Δακιηοῦ, λειπομένη ταύτης, ἀξιόλογος δ' ὅμως. Ubi cave cum Coraio, invitis libris, μέν post λειπομένη intrudas. Cf. Krüger. ad Xen. an. III, 4, 7.

κρύβδην ψηφιζόμενος] V. d. *Att. Process* p. 721 sq. et 723, n. 65. Cf. ad §. 4 infra.

2. *προδοσίας*] De accusatione *προδοσίας*, item *δήμου καταλύσεως* vide *d. Att. Process* p. 341 sqq., de ea, quae fuit *ἀσεβείας*, p. 301 sqq., *τοκέων κακώσεως* p. 288. 292 sq., *λειποταξίου* et *ἀστρατείας* p. 364 sqq. — De articulo ante talia non poni solito vide ad 30, 16.

τὰ μνημεῖα ἀφανίζων] Ὅτι particulam ante *τὰ μνημεῖα*, ab Heinrichio et I. Bekkero uncis inclusam, cum Pinzgero delevi, ut quam e praegressis iniuria repetitam esse appareat. Pro *ἀφανίζων*, *ἀποστερῶν*, *παρασχὼν* grammaticae leges accusativum requirunt. At non molesta haec anacoluthia, quoniam et accusativus *Λεωκράτην* longius distat et enuntiatis interiectis ipsam hanc personam nominandi casu cogitare assuevimus. De praesentis participio vide ad 30, 3.

3. *ἔπειτα τούτου τις*] *τις* I. Bekkerus. Vulgo *τίς*, quod incommodum est post *ἔπειτα* secundum significationem eius, qualem exposuimus ad 13, 3. Cf. 36, 4. n.

ἀποψηφιεῖται] Cf. 13, 1. n.

ἐστιν ἀόητος] Tayloro I. Bekkerus obsequens pro *ἐστιν* scripsit *ἔσται*. Sed vulgatam corruptam non habeo. Namque tametsi futurum et praecedit et subsequitur, tamen praesens hoc ferri potest, quum non actionem, sed indolem quandam, quae non futura demum cogitetur, denotare videatur.

ἀνελέητος] «Nonne *ἀνηλέητος*?» I. Bekker. Vide Lobeck. ad Phrynich. p. 710. Bast. et Schäfer. ad Greg. Cor. p. 163. 880. Boeckh. ad Plat. Min. p. 188.

προαιρήσεται] «Quod additur verbum, *προαιρήσεται*, concinnitati obest, sententiae non prodest.» I. Bekker. Tamen ferendum erit.

χάριν θέμενος] V. ind.

4. *τὸν ἄλλον τούτου βίον*] Ex A Osann., Bekker. et Pinzger. *τούτου* susceperunt. Quanquam pronomen non valde desiderabatur. De re cf. 4, 1. n.

ἀνδραποδισμὸν] Egregia est I. Bekkeri emendatio, quam etiam Pinzgerus se reperisse affirmat. Vulg. *ἀνδρῶν καὶ παίδων*. MSS. omnes *ἀνδραπόδων*.

καταψηφίζεσθαι] Ita iam ante I. Bekkerum Osannus. Exhibent illud A L P Z X pro vulgato *καταψηφίσεσθαι*, in quo correctricem manum agnoscas. Vid. de praesentis infinitivo pro futuro Poppo ad Thuc. p. I. vol. 1. pag. 154. Bremi ad Lys. p. 445 sq. Lobeck: ad Phrynich. p. 749 sq.

καδίσκοιν] Libri *καδδίσκοιν*. V. Osann. ad h. l. Lexic. Seget. (in Bekk. anecd.) p. 275, 28: « *Καδίσκοι: ὑδρίαι χαλκαῖ, εἰς ἃς καθίεντο αἱ ψῆφοι τῶν δικαζομένων.* » De modo suffragia ferendi, quem orator hic respiciat, vide *d. Att. Process* p. 723.

τοῦ μὲν προδοσίας, τοῦ δὲ] Ita recte ex Taylori coniectura a recentioribus editum. MSS. *τὸν μὲν προδοσίας, τὸν δέ*, quae etiam Aldinae est lectio. Hanc Osannus restituendam duxit, sed non explicavit; eandem Pinzgerus recepit, vertit, explicavit, nempe ita, ut verbo *φέρεσθαι* significationem, quam *δέχεσθαι* vel *ἔχειν* fere habeat, tacite supponat; quasi vero *ψῆφον φέρειν* non in vulgus nota sit formula. Cf. 4, 2. 3. 27, 1.

εἵνεκα] Secundum MSS. I. Bekkerus pro vulg. *ἕνεκα*. Exempla illius formae ex oratione etiam soluta suppeditat Maittaire Gr. ling. dialect. p. 370, A et Osannus ad h. l. Cf. Spalding. ad Demosth. Mid. 44, a. Wolf. ad Lept. 338.

τῆς ἐν τ. π.] « Nonne *τῶν ἐν*? » I. Bekker.

5. *τὰ δένδρα*] Olivas intellige, quas Minervae sacras Athenienses religiose colebant. Vide *d. Att. Process* pag. 302, not. 13.

τὰς ναῦς] Sic infra *νεώρια*.

κατηγορουμένων] Osannus et Pinzgerus, auctore A. G. Beckero, *κατηγορημένων* dederunt, quam coniecturam Osannus a cod. A firmari tradit. Im. Bekkerus neque de codicibus quidquam annotavit neque immutavit vulgatam. Certe ex legibus et cogitandi et loquendi neutrum est damnandum; et quamvis *τὰ κατηγορημένα* utique usitatior sit forma (cf. ad 2, 4), tamen et alteram invenimus Demosthen. de fals. leg. 369, 3. R., ubi dubito an ex Hier. Wolfii et Taylori praeceptis immerito *κατηγορημένων* librorum scripturae *κατηγορουμένων* antepositum sit. Cf. Andocid. de myster. p. 4, 14. R. (§. 8 Bekk.). Eiusdem fere est generis, quod Dinarchus habet in Demosth. p. 41 (§. 55), *τοῖς ζητουμένοις*.

καὶ ὅτι] *καὶ* plures editorum condemnarunt, *ὅτι* referentes ad *παράδειγμα*. Sed ferri potest. Nam *ὅτι* pendet ex *ἀναμνησθέντες*,

neque in sententia quidquam inest difficultatis, modo verbum δεῖν saepe in constructione delitescere memineris. Itaque ἰσχύει idem fere est quod ἰσχύειν δεῖ παρ' ὑμῖν ἔλεον κ. τ. λ. Vide Lobeck. ad Phrynich. p. 753 sq. Buttmann. ad Demosthen. Mid. excurs. V. pag. 131.

τῆς ὑπὲρ] Praepositione impugnetur. Demosthen. c. Aristogit. τὴν ὑπὲρ (« hoc Reiskius pessimo exemplo inclusit. » Osann.) τῆς πατρίδος σωτηρίαν. Cf. ad 35, 6. n.

INDEX

INDEX VERBORUM.

A.

Z.

H.

Θ.

I.

K.

πά-

Ρ.

Σ.

T.

Υ.

Φ.

X.

INDEX GRAMMATICUS.

A.

C.

D.

E.

F.

R.

S.

T.

V.

INDEX NOMINUM AC RERUM.

INDEX

LOCORUM PRAECIPUORUM, QUI IN ANNOTATIONIBUS VELUTI IN TRANSITU VEL EXPLICANTUR VEL EMENDANTUR.

1. SCRIPTORES GRAECI.

2. SCRIPTORES LATINI.

Berolini, typis A. G. Haynii.